

1

7 488 48 **STANLEY** MADE IN U.S.A.




Handwritten scribbles and faint markings, possibly including the number '4'.



Faint handwritten markings or scribbles.

R 110185



GALENI

LIBRORVM

SEXTA CLASSIS

DE CVCVRBITVLIS, SCARIFICATIO-
nibus, Hirudinibus, & Phlebotomia,
p̄cipuo artis remedio tradit.

QVINTA HAC NOSTRA EDITIONE,
*non parum ornamenti adeptæ: locis pluribus quàm
in alyis superioribus editionibus, ad græco-
rum librorum fidem emendatis*

*Locis etiam Hippocratis nunc primum
in margine signatis*

Librorum index verfa pagina continetur.

Ὁργανα εἰς κλινικὴν.



VENETIIS APVD IVNTAS M D CXXVI.

D PATRIS INSO MNIVM C



D GALENI DOCTORES C



D HERATICI COGNITIO C



D CRISIS PRÆCOGNITIO C



D AMANTIS DIGNOTIO C



D PALESTRITE CVRATIO C



DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO MABITA

MUSEUM ANTIQVARIVM

QVÆ SEXTA CLASSE HABENTVR

- GALENI De Hirudinibus, Reuulsione, Cucurbitula, cutis Concisione siue Scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. 2
 ORIBASII De Cucurbitulis, Scarificatione, Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulsione sermo ex septimo & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro. Augustino Gadaldino Mutinensi interprete. 3
 De Venæ sectione aduersus Erasistratum liber, Iosepho Teetandro Cracouiensi interprete. 5
 De Venæ sectione aduersus Erasistratæos, qui Romæ degebant, eodem Iosepho Teetandro interprete. 9
 De Curandi ratione per sanguinis missionem liber, Theodorico Gaudano interprete. 19

Hos libros omnes multis in locis emendauit Augustinus Gadaldinus ad vetustissimorum exemplarium græcorum veritatem.



GALENI
 DE HIRVDINIBVS REVVLSIONE
 CUCVRBITVLA CVTIS CONCISIONE
 SIVE SCARIFICATIONE

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

De Hirudinibus.

CAP. 1.



Non nulli captas hirudines includunt, easque ad multiplicem usum accommodant. Vbi enim mitescunt, carni facile admoventur. Quæ verò modo captæ fuerint, per diem adseruandæ, exiguoque sanguine alcedæ sunt: atque ita fit, ut quicquid virulentum in se continent, exprimatur. Quando autem ipsi vti opus est, ea pars, cui hirudines admoendæ sunt, nitro prius fricanda, inungendaque, vnguisbusue ipsi scalpenda est, hoc enim pacto auidius adhaerescunt. Oportet etiam eas ipsas in tepidam aquam, quæ vase lato & mundo contineatur, infundere, mox spongia comprehensas mucore & sordibus manu purgare, atque ita admoere. Vbi verò admotæ fuerint, ne ea pars, cui inhaerint, frigescat, oleum tepidum superinfundes. Si autem manibus aut pedibus affigendæ sunt, in aquam, in quam hirudines iniectæ sint, manus aut pedes immergantur. Si verò non firmiter hæserint, earum caudæ forcipe incidendæ sunt: namque ita, vbi sanguis effluxerit, ab attrahendo non desistunt, donec cinere aut sale os earum aspergatur. Postquam autem exciderint, quod relinqui ab eis venenosum solet, cucurbitula exhauriendum est: vel si id minime fiet, foris per spongiam adhibito vtendum est. Quod si inde cruentæ lachrymule adhuc effluerint, farinam cyminumque admoeto, lanamque subinde modico madentem oleo alligato. Caterum si manare sanguis non desinat, linteolum aceto madefactum, galiam uel combustam, uel spongiam in liquidam antea picem immisam mox crematam, imponito. Illud quoque compertum habere oportet, hirudines ipsas sanguinem illum attrahere, qui carni adiunctus est, non qui in imo corpore continetur. Earum verò usus pro cucurbitulis esse solet. Præterea remouendæ tunc sunt, cum dimidiam sanguinis partem extraxerint. Quin etiam prohibendum, nec permittendum est, ut sanguis eouique effluat, quousque sit satis: siquidem pars ipsa frigidescit, tum ob ipsas hirudines, quæ natura frigidæ sunt, tum etiam ob aerem ambientem.

De Reuulsione.

CAP. 2.

Veheentes humorum fluxiones reuulsione cohibendæ sunt, ne nimium confertæ alioquin prorumpant. Sunt autem remedia, quæ per reuulsionem adhibentur, huiusmodi. In pectus videlicet aut ventri em, si quid defluerit, ad manus retrahendum est: vomitus verò ad partes inferiores: veluti quæ ex acribus clysteribus fluxiones proueniunt, vomitus contra prælidio auertuntur. His verò ambabus fluxionibus, cum superior atque vna inferior venter vrgetur, eas ad vrinam sudoremque reuocabimus: vrinæ autem fluxum ad sudorem aliique deiectiones. Est quoque auxilium quod ex diuersis contrarijs partibus reuellit cucurbitula, si mammis proxima apponatur. Item adiuumento est, si vbi nimium sanguinis fluit è naribus, aut per loca muliebria immodici effluxus labuntur, præcordijs (hypochondria Græci dicunt) affigatur. Acria quoque medicamenta linibus admotæ, eas fluxiones retrahunt, quibus caput aut viscera vexantur. Atque ut summa rem complectar, ita reuulsio efficit: In humoribus videlicet partes superiores petentibus ad inferiores: & contra, si inferiores petant partes, ad superiores: & contra, ad dexteram similiter partem aut læuam, item in anteriorem aut posteriorem, siquid defluerit, ad oppositas partes reuulsio faciendæ est.

Sexta Classis.

aaaaa ij

De

* νόστος, i. ff
 nibus, sed legē
 dū est νόστος.
 i. artibus.

Cucurbitula purgatis prius corporibus utiles quidem, sed in repletis (quae plethorica Graeci vocant) praetermittendae sunt. Idemque initio phlegmones si vel cerebrum ea, vel cerebri membranas, uel alias corporis partes occupauerit, seruandum est, eisque abstinendum: sed cum nihil amplius adfluxerit, totumque exinanierimus corpus, & usus rei inflammantis vel mouendae uel amolliendae, uel extrorsum abstrahendae tulerit, illas adhibebimus. In his quoque affectionibus dum agnuntur, non quidem membris ipsis quae ceperint laborare, sed eis quae laborantibus coniuncta fuerint, reuulsione gratia cucurbitulae sunt imponendae. Initio uero quae reperiendi vim habeant, sunt adhibenda. Cucurbitula exhaurire materiam, dolores soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetentiam cibi excitare, imbecillo ventriculo vires restituere, animi deliquia leuare, si quae profundas partes fluxiones infestent eas transferre & liccare, sanguinis eruptiones prohibere, & quicquid menstrua vitauerit attrahere, ijsque alleviationem praestare potest.

De Scarificatione, seu Cutis Concisione.

Corporis partes scarificandae sunt, quae phlegmone uel duritie vrgentur, quae uel tesa fuerint, uel dolore aliquo affliguntur: quaeque fluxionibus vexantur, ubi eae ipsae fluxiones delicerint: aut cum acrem materiam subesse uiderimus, seu uis aliqua venenosa extrinsecus illata fuerit: praeterea si ab altera ad alteram partem deducere materiam volumus, sicuti scarificatis cruribus, affectio capiti medetur: sique exuberans materia in corpore minuenda est, atque ob id potissimum exuberantia illa oriatur, quae materia ipsa quae emitti solet supprimatur, scarificatione utimur: quemadmodum sanguinis profusionibus suppressis (quas haemorrhoidas Graeci appellant) crura ipsa lota quidem prius, uel spongia calido fomento adhibito, scarificantur. Eodem namque anno venam frequenter incidere, minime quidem rationi consentaneum arbitramur: quando quidem cum larga sanguinis copia vitalis quoque spiritus emittitur: quod sane absumptio, crebrius quidem moles uniuersa frigescit, tum animales functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris ut pote a cruribus sanguis educendus est. Vtilis quoque oculis scarificatio est, quos diutinae fluxiones infestant: tum capitis uitijs: item particulis quae pectori dorso uel adhaerent sunt. Prodest praeterea compactae materiae, angineque.

Post haec quatuor capita, Oribasium de eisdem rebus ex Galeno & alijs praestantissimis medicis tractantem impressimus, ut plenior in primis de hac re cognitionem habeas: postea ut consideres, an supra scripta capita priuatim scripserit Galenus an magis ab aliquo ex Galeni & aliorum libris, vel ex ipso potius Oribasio excerpta sint.

Oribasij

ORIBASII
DE CUCURBITVLIS SCARIFICATIONE

Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulsione sermo, in septimo & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro.

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete

EX LIBRO SEPTIMO.

De Cucurbitula ex libris Galeni.

CAP. 15.

B



Cucurbitulae euacuatis prius corporibus utiles sunt: nam ubi ea plethorica sunt, cucurbitulis non utimur. Eadem etiam ratione ubi cerebrum eiusque membranae phlegmone vexantur, cucurbitulis in affectuum principijs non utimur, quemadmodum sane nec in villa alia particula phlegmone laborante: sed ubi tum nihil amplius influxerit, tum totum corpus ante vacuauerimus, usque postularit, ut aliquid eorum quae in parte phlegmone laborante continentur, moueamus, eruamusque, vel ad exteriora extrahamus. Dum uero affectus etiamnum sunt, cucurbitula minime membris laborare incipientibus, sed ijs quae his continuata sunt, reuulsione causa imponenda est: in principio uero repellentibus est utendum.

De Cucurbitula ex libris Antylli, ex Secundo sermone de Euacuantibus Remedijs. CAP. 16.

***C**um mediocri dolore & in similibus, leuibus utimur cucurbitulis, quae scilicet sine incisione aptantur. At in quibus roborare volumus, uehementibus est utendum. In oppletis uero particulis, quemadmodum & in ijs quae a corrupta vexantur materia, cum incisione admoventur. Oportet autem, antequam eas adhibeamus, ventrem iam emollitum fuisse: aut omnino nullam infestitum excrementorum adesse suspicionem: ac prius comedisse omnino, vel aquam prius bibisse a leui nutrimento & iam subducto. Maxime uero oportet, si sanguinem detrahere volumus, ut primo pars parum fricetur: Postea si ruborem sufficientem tumoremque a cucurbitula acqulserit, scarificetur: si minus, tertio cucurbitula affigi debet, quousque pars tum tumefacta tum rubefacta fuerit. Quod si ne tunc quidem tumor nec rubor effectus fuerit, spongijs partes fouendae sunt, quousque coloris euadant phoeniceae, & ita deinceps scarificandae. At si quis praecognouerit corpora non rubefactum iri, ueluti in ijs qui pingue habent abdomen, uel in refrigcratis, & in mulieribus quae pepererint: ante cucurbitularum applicationem cataplasma illis partibus imponendum est. Aliquando uero tumor validus a leuibus cucurbitulis fit, & colore liuidior: ac postquam scarificatus fuerit, parum uel nihil effluit: cum sanguis crassior existat, & quod antestat, sit carnosius. Itaque in his, spongijs praecipue fouendus est locus, ac tenuis beneque fluxilis reddendus est sanguis. Cauendum porro est ne prope mammas cucurbitulae ponantur: incidentes enim interdum in ipsas mammas, & admodum tumefcentes, difficilem reddunt auulsionem. Sane applicandae sunt cucurbitulae cum modico igne: nam si uehementes apponantur, uapore inflammantes contendentesque corpora, nihil esset dignum attrahunt. Notum autem est ita figurandas esse partes, ut sanguis in ipsis non immoretur, crassescensque impedimento sit effluxioni: sed ut pronus ad inferiora effluat. Post ablationem uero cucurbitularum, si quod extractum fuerit, satis sit, partes postea curabimus: si non satis, cucurbitulas denuo apponemus. In capite cum multo igne haud sunt infingendae: uehementer enim attrahunt, difficulterque auelluntur: Quae uero cum mediocri igne affiguntur, id quod opus est, perficiunt. Quando autem non possunt nisi difficulter auelli, spongijs ex calida eas circumplecti oportet: sic enim remittuntur: quod si ne ita quoque remittantur, perforare ipsas oportet.

De Cucurbitularum Differentia a Materia & a Figura sumpta.

Cucurbitularum differentiae a materia sumptae tres sunt, Vitreae, Corneae, Aeneae. Nam Argenteas, quia uehementius igniuntur, rescimus. Aenearum frequentior est usus. Vt etiam vitreis possemus, in quibus sanguinis uacuationem considerare opus est. Corneis item in capite uti possemus,

Sexta Classis.

aaaaa iij

possemus,

possemus, ubi cneas difficulter auulsam iri existimaremus: & in timidis quoque, qui ob flammam E perterresunt. Quod ad figuram spectat, differentia precipue in aenis est. Sanè elatiores, humilio- ribus magis attrahunt. Humiliores in capite magis accommodantur: propterea quod haud vehe- menter trahunt. Quæ plana habent labra, corporibus latitudinem habentibus: quæ resima, curuis & gracilibus commodius affiguntur. Quæ acutum os habent, illis competunt, in quibus scarifica- tione quidem non utimur, sed per leuium cucurbitularum applicationem vehementer attrahere volumus, labrorum acuitate ad attractionis violentiam conferente. Quæ obtusa habent labra, tum in alijs membris tum precipue in capite utiliter applicantur. Aënearum cucurbitularum tractus, quemadmodum etiam vitrearum, per ignem fit: Cornearum, sine igne: quippe in extremo sunt perforata, cumq; aptantur, vehementer per foramen exucta, attrahunt: statim verò foramen digito cera ueclauditur.

De Cucurbitulis ex libris Herodoti, ex Sermonibus de Euacuantibus remedijs. CAP. 17.

Cucurbitula verò potest capitis materiam vacuare, dolorem soluere, phlegmonem minuere, F Inflationes discutere, appetitias reuocare, imbecillum exolutumq; stomachum roborare, ani- mi defectiones remouere, quæ in profundo sunt ad superficiem transferre, fluxiones exiccare, san- guinis eruptiones cohibere, mensium circuitus suggerere, φθοροποιός δύναμις, id est facultates corruptionem inducentes (seu medicamenta mortifera) attrahere, rigoribus finem imponere, cir- cuitus soluere, à cataphora id est inclinatione in somnum excitare, somnos conciliare, grauitates al- leuare. Hæc & his similes sunt cucurbitularum facultates.

De Scarificatione ex Antyllo, ex Sermonibus de Euacuantibus remedijs. CAP. 18.

Scarificamus partes corporis aut phlegmone laborantes, aut induratas, aut distentas, aut dolore affectas, aut fluxionibus vexatas nimirum ubi iam fluxio consisterit, aut acri materia imbutas, aut ubi virulenta facultas extrinsecus incidit: aut cum ex alijs partibus in aliam, traducere mate- riam studemus, sicuti crura affecto capite scarificamus: aut ubi materiam in corpore redundantem minuere volumus, precipueq; cum redūdantia fiat ob materiae, quæ de more expelli sit solita, sup- pressionem, sicuti suppressis hæmorrhoidibus, crura scarificamus. Sanè pars quæ scarificari debet, prius, si fieri potest, lauanda est: si minus, aqua tepida quousq; rubefiat, est perfundenda, aut spon- gijs fouenda, aut Soli igni ue exponenda, ac postea scarificanda. Infigendæ verò sunt incisiones, in G cruribus quidem & abdomine, κατ' ἐπιπλάγιον & id est per rectitudinem, seu longitudinem: in thorace item & dorso ac ceruice, eodem modo: in capite verò secundum capillorum positionem: in fronte autem per transuersum. Magnitudine porro inter sese sint æquales incisiones: & quæ in- ter eas sunt interualla, inter sese æqualia sint: Scarificationisq; initium ab infernis partibus sumat- ur: ita enim sanguis ad superficialias partes decurrens, eam quæ scarificari, deinceps debet, non obscurabit. Incisionum litus per æquales inter se ordines fiat: Scarificatio autem non κατὰ πλά- γην, id est per percussionem, sed κατὰ στρογγύλην, id est per tractum, est faciendâ: hoc enim pacto citra dolorem fiet.

De Scarificatione ex Libris Apollonij. CAP. 19.

Cum ad corroborationem & ad quamcunq; corporis conseruationem, plurimam etiam habe- ri utilitatem ex sanguine compererim, qui sapissime quidem quantitate abundat, aliquando verò secundum qualitatem in deterius vertitur: opinatus sum, ubi ipse abundat, imminutionem: ubi corruptus est, alterationem conuenire. Ac venas quidem sapius eodem anno secare, non esse idoneum arbitratus sum: considerans quod vna cum sanguine multus etiam spiritus vitalis excer- H nitur: dum autem hic absumitur frequentius, vniuersa corporis moles refrigeratur, & omnia natu- ralia opera deteriora euadunt. Iudicavi ergo ab ignobilissimis particulis, sicuti à cruribus, sangui- nis extractionem per scarificationem fieri debere: quantitate habitu hominis vsu que mensurata: Optimum verò præsidium est tum ad conseruationem sanitatis, tum ad eiusdem recuperationem, ubi ipsa ab aliquibus eiuscemodi causis euerfa fuerit. Nemo tamen me phlebotomiam explodere suspicetur. Ego enim illam in maximis periculosisq; que affectibus non omitto: in quibus sanè abunde assatum que sanguinem effundere est opus: nam proinde vt affectus sunt vehementes, ita quoque assatum vacuationes faciendæ sunt. Plethoram autem commodatam, quæ aliquid ma- li factura sit, ac iam euerfionem in morbosum statum attingat, tibia quæ scarificationibus uexata fuerit, innoxiam que totam quam volumus sanguinis illigationem reddiderit, citra validam totius molis commotionem, soluit: sapius enim plus quam par sit, congregatur. Quare tardandum non est, vt quotiescunq; plenitudinis signa inciderint, ipsam eo quo ostendimus pacto, tollamus. Præstat enim tum viscera, tum quæ in toto corpore sunt vasa, intemperate non repleti, neque di- stendi, sed potius in terminata quadam relaxatione esse, vt naturæ spiritus expedite permeare possit.

Scarifi-

A Scarificationem Mulieribus qua probe non purgantur, Alijs q; multis Affectibus prodesse. CAP. 20.

Mulieribus, quibus purgatio prospere non succedit, scarificatio mire auxiliatur: nam quod illic ad debitam purgationem deerat, id hac via vacuatur. Statutum autem purgationis tem- pus expectare oportet: tunc que cum nihil vel parum sponte fluxerit, eatenus detrahente hoc auxi- lio vti debemus, quatenus vsus postularit. Quibusdam est mulieribus, vt de more menstruarum purga- tiones iterum redirent, hoc auxilium maxime contulit: nam continua in inferiores partes sangui- nis educio, inclinationem viam que ipsi præbet. Ego sanè etiam valde atate prouectas, quibus iam pridem nihil menstrui ferebatur, ubi aliqua corporea molestia consisterentur, hac curatione suble- uo. Hæc enim mulierum propria est, multum q; habet efficacia: quippe quæ naturalis excretionis modum imitetur. Porro vacuare interdum soleo scalpello, id est similio: interdum autem per hi- rudinum applicationem. Oculos etiam cum quidam ex longo tempore ab incessabili fluxione in- fectos haberet, hoc præsidio sanatus est: cum nos alijs etiam localibus circa oculos auxilijs vsi fuiss- semus, totiusq; corporis curam gessimus. Senex etiam quidam, cum prius quidè longis, postea verò breuioribus interiectis interuallis, à strangulosa circa pulmonem angustia vexaretur, simili modo curatus est. Ea autem quantitas, quæ conueniens esse videbitur, vacuanda est, refrigeratio q; B est vt iudicanda: ac nutrimentum deinceps commoderatum, tribus quatuor ue diebus est exhibendum. Et sanè dum pestilentia vehemens Asiam deprehendisset, multos q; perdidisset, me que etiam mor- bus attigisset: secunda morbi die, remissione febris facta, crux sacrificauit, duas que ferè sanguinis li- bras detraxi: hac que de causa periculum vitauit. Perique igitur etiam alij hoc præsidio vsi, super- stites euasere, erant enim plenitudinis signa. Illi que precipue seruabantur, qui sanguinem copio- sum exhauriebant. Igitur capitis etiam dolores moderatos, tonsillarum phlegmonas, ac dolores cir- ca latera recentes tollit: nam diuturniora eiuscemodi symptomata localibus scarificationibus dissol- uimus. Quin & qui à morbo resumuntur, difficulter q; in naturalem sibi ipsis habitudinem re- deunt, nihil æque sanè ad conuenientem bonam q; renutritionem ducit, vt sanguinis per scarifica- tionem exhauritio.

De Hirudinibus ex libris Antylli, ex Sermonibus de Euacuantibus remedijs. CAP. 21.

Quidam captas hirudines diu includunt, eis que ad multa vtuntur. Ipsæ, si mitefcunt, carnè facile apprehendunt: cum aliæ non nunquam peregrine sese gerant. Oportet autem has qui- dem, cum primum eas experti fuerimus, applicare: quæ verò nuper captæ sunt, per dies seruire, exiguum sanguinis pro nutrimento iniicientes: ita enim earum virulentia exprimitur. C Sanè cum eis vti volumus, locus cui hirudines applicandæ sunt, nitro prius fricandus, ac sangui- ne alicuius animalis, vel argilla liquida inungendus, vel fouendus, vel vnguibus scalpendus: prom- ptius enim apprehendent. Oportet autem ipsas in aquam tepidam & puram, in vase lato magno q; contentam, iniicere, vt commotæ virus abiciant: mox ubi eas spongijs comprehenderit, ac mu- corem lentorem que purgauerimus, manu admouebimus. Atque ubi omnes inhaferint, oleum te- pidum particulæ, ne refrigeret, infundemus. At si manibus pedibus ue affigendæ sunt, pars ipsa in aquam: ubi hirudines sunt, iniicienda est. Quod si etiam eis ubi repleta fuerint, vti oportuerit, vel quia pauca hirudines præsto adfuerint, vel quia pauca apprehenderit, earum caudas forpice inci- dere oportet: nam effluente sanguine trahere nunq; delinunt, quousq; nos salem vel nitrum vel cine- rem, earum oculis inspergamus. Vbi verò exciderint, si locus cucurbitulam capere poterit, per eius appositionem, virus extrahere debemus: valide nimirum ipsam apponentes, celeriter q; auel- lentes: si verò cucurbitulæ capax non fuerit, spongijs fouendus is est. Caterum si corpora vel oscu- la sublachryment, mannam, vel cuminum, vel farinam inspergito, ac postea lanam pauco mada- tem oleo conuoluito: si sanguis etiam inde erumpat, linteola, vel araneorum telas ex aceto iniict- to: aut gallam vsam, aut spongiam nouam pice liquida intinctam, ac vsam, imposito: deinde char- D tula aceto irrigata imponenda ac illiganda est. Hæc autem in partibus quæ in medio corpore ha- bentur, sunt peragenda. Nam in artubus (quæ græce ἄρθρα, i. membra longa hoc est brachia & crura appellantur) solum etiam vinculum pro cohibendo sanguine satis est: quod postero die sol- uendum est: si q; sanguis consisterit, abijciendum si verò non consisterit, eisdem vtendum est. Scire autem oportet hirudines non ex profundo sanguinem trahere, sed cum qui carnis adiacet, exu- gere. Eas autem in illis vsurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones pertimescunt: vel in illis partibus, in quibus cucurbitula ob earum paruitatem, vel gibbositatem & inæqualitatem, aptari non potest. Hirudines auellimus, quando eius sanguinis quem arbitramur exhauriri oport- ere, dimidiam partem attractam fuisse cõiecerimus: & postea tam diu effluere permittimus, quoad qui satis sit, excretus fuerit. Cum verò particula tum ab hirudinibus, quæ natura frigidæ sunt, tum ab aere refrigeratur: fouenda ipsa est, ac recalcificanda: sanguinis q; fluxus non per refrigerantia, sed per astringentia & emplastica, vt diximus, est cohibendus.

De Hirudinibus ex Menemacho. CAP. 22.

Hirudines locis affectis applicatur, vel eis qui proximi non pinguis sunt: nam olei earum ap- petitiam subuertit. Porro in angustia stricti calami ab vtraq; parte haud perforati, vel opercu- lum parui calami, vel quidpiam simile, cum aptandæ sunt, demitti debent. Earum numerus à duabus ma- gnitudinibus.

gnitudinibus loci nimirum & affectionis, sumendus est. Auferantur, oleo calido earum labijs infu- E
to. Mordacitas autem satis in partibus vlcera exoluenda est. Quod post earum ablatione effluit,
digitus impolitus cohibet. Excretionis quantitas ab hiru- dinum erectione conspicitur: sed eui-
dentius ea etiam apparet, si congregata fuerit, quando hiru- dines a corporibus diuulsa sanguinem
euomuerint. Sane si hiru- dines aegre adhærescant, loci, quibus aptanda sunt, superficiei tenus sunt sca-
rificandi: vbi enim illæ sanguinem gustauerint, auidius ipsum appetunt.

EX LIBRO OCTAVO

De Deriuatione ex libris Galeni.


CAP. 18.

Deriuatio (græce parocheteusis) eiusdem est generis cum euacuatione facta per particulam,
quæ fluxionem suscipit. Fit autem per aliquam vicinarum partium: exempli causa: Quan-
do per gurgulionem vel palatum fertur fluxio, per nares certe ipsius deriuatio congruenter fiet,
irritatione a nobis facta vel prouocatione per acria medicamenta. Quando verò ad oculos vel au-
res succi vergunt, deriuare ipsos non in nares tantum, sed & in ipsum etiam os debemus, medica-
mentum id quod ex origano & sapa confectum est, id quæ etiam quod ex sinapi constat, diluenda gar- F
garizanda quæ exhibentes. Scimus etiam quod staphisagria, id est pedicularis herba, commanducata, py-
rethrum, omniaque id genus acria, succorum abundantiam, quæ in oculos vel aures ex capite fertur,
ad os traducunt. Deriuatio etiam fit si id quod per asperam arteriam in pulmonem desluit, ad sto-
machum diuertamus, hoc enim magis eligendum: Nec secus etiam si mulieri per sedis venas san-
guis irrumperet, eum quoque ad vteri venas traducamus. Riuaire igitur (græce ῥιυαίρειν) est per ri-
uos ducere: Deriuare verò (id est ῥιυαίρειν) est à riuis ad latera diuertere.

De Reuulsione ex libris Galeni.

CAP. 19.

Vehementissimos succorum influxus reuulsorij præsidij confertim ingruere prohibemus.
Reuulsoria autem præsidia sunt, vincula quidem artuum, vbi succi in thoracem & ventrem
inclinant: Vomitus autem, vbi ad inferiora declinat: Quemadmodum etiam acres clysteres, vbi
ad vomitum vergunt. Has verò ambas succorum inclinationes, eam inquam, quæ per superio-
rem, & eam quæ per inferiorem ventrem fit, ad vrinas ac sudores retrahes. Quin & vrinas quoque
tum ad sudores, tum ad alui quoque deiectiones reuelles. Reuulsorium etiam præsidium est,
quæ iuxta mammas apponitur cucurbitula. Quæ verò hypochondrij affiguntur, sa-
penumero sanguinis ad nares impetum potenter reuulsisse conspexitis: quem- G
admodum etiam sanè immodicas per vterum irruptiones. Acria etiam me-
dicamenta artibus impolita, succos ad caput viscera quæ vergentes, reuel-
lunt. In summo, reuulsio facienda est, deorsum quidem, vbi succi ad
superiora: sursum, vbi ad inferiora vergunt: Et vbi inorsum,
ad exteriora: vbi extrorsum, ad interiora: Ita quoque si dex-
trorsum inclinatur, in sinistra: si sinisterorsum, ad dextram
reuulsio facienda est: Sic sanè fluxiones quæ re-
tro inclinant, in priora reuellendæ: quæ in
priora, in posteriorem regio-
nem abducendæ
sunt,



GALENI DE VENAE SECTIONE
ADVERSUS ERASISTRATVM
LIBER

Iosepho Tectandro Cracouiensi interprete


Denuo ab Augustino Gadaldino ad Græcorum exemplarium fidem emendatus

ARGVMENTVM LIBRI

Increpat Erasistratum, qui post habito Venæ sectionis auxilio, Neque
efficacibus, Neque tutis Remedijs vteretur.

vide de hac re
lib. 3. methodi
cap. 15.

Aduersus Erasistratum, qui cum in Minimis plerisque Curiosus esset, Semel tantum
id quod obiter, de Venæ sectione mentionem fecit. CAP. 1.



Mhi equidem illud inquisitione non parua dignum videretur, cur nam Erasistra-
tum, cum cætera quæ ad artem spectant, abunde satis pertractaret, ac cir-
ca minima quæque tam opere curiosus esset, ut & quorundam holerum cata-
plasmatum quæ decoquendi rationem describeret (quorum facultates vsumque
si vnquam aliquis alius declarasset, non iniuria eorundem conscribendi ra-
tionem omittere potuisset), quoniam quidem id nullius pretij sit, tale quod
a quouis ex vulgaribus inueniri possit) de venæ sectione interim, tam po-
tenti ac magno auxilio, quod quæque vel veterum scripta non minus efficacissi-
mis remedijs extolleretur, ipse nullam mentionem fecerit. In illius enim ope-
ribus ferme ne nomen quidem vnquam venæ sectionis, præterquam semel,
reperiri potest: vbi ipsemet, quemadmodum vniciquæ considerare facile est, obiter potius præterquam in-
stituit, quæ studio insigni, de sanguinis reiectione agens, illius meminit: id quod ex suis scriptis intelli-
ges, quæ sic habent: Deligaturæ verò, quæ circa alas & inguina fiunt, non sunt faciendæ more quorun-
dam, qui vulgatam curandi rationem imitantes, nihil aliud consequuntur, quam quod sanguinem vinculis abun-
de exprimant. Quod, nisi in deligatis corporis partibus sanguis plurimus recipiatur, ex venarum ten-
sione, earumque sectione coniectandum est: ex incisa siquidem corporis parte, cum ea deligata fue-
rit, copiosior is effluit. Dum verò sanguinis reiectione contingit ex deligatura in tibijs ac brachijs facta,
plurimum eius ibidem recipiet. Postquam etenim qui circa thoracis partes adest, diminutus fuerit sanguis,
tunc ipsa quoque reiectione multo minor paucior que fiet. Hoc autem ipsum facere volunt illi, qui sanguinem
D reicientibus venæ secant. Sed in hac re Chryippus multo consultius agit, quippe qui non solum præ-
sentia inspicit, sed et imminens periculi curam gerat. Huius enim periculo quod in reiectione accidit,
aliud ex inflammatione adhæret, in quo quidem obesse aliquid perquam difficile est: rursum autem ei qui
à venæ sectione sanè longo tempore tolerare debeat, ne dissoluatur verendum est. Cæterum Crylippus li-
mulat quod nutrimentum in corpore iam elaboratum in loca soluta difficilia transtulerit, quod eo tempore quo dis-
solutionis periculum imminet, hoc pacto cibum differre possit, in præopto est. Et hac quidem ille medi-
ci ratione usus nunquam offerre coactus est, ob id quod summa quæque ingenio superauit, ac quod sibi ipsi vnde-
quaque constet, frequentissimas meruit laudes. Quod autem nullius momenti hæc sunt & indigna omnibus
cuiuslibet constat. Quoniam quidem si neque apud Hippocratem, neque apud Diocletem, neque apud Euriphon-
tem, neque penitus apud quemquam alium qui ætate Erasistrati præcesserunt, tale genus auxilij in scriptis
reperiretur, forte suspicari quis posset illud, tanquam de eo cuius usus non dum fuisset inuentus, aut apud ce-
lebres medicos approbatus, iure optimo verba non fecisse: Verum cum permulti alij fuerint, quibus
iam constiterat: ac eo pacto tum Hippocrates omnium bonorum artis medicæ author, tum vetu-
tissimi quisque illo vti esse animaduertitur: qua quæso re Erasistratus commotus id adeo spreuit,
vtere

clarius. in
quibus, satis si
bi esse debe-
bat, ubi ad
quid conscri-
bitur, dixisset,
alteri con-
sectionis multa
relinquere.

clarius. riu
ic. n. periculo
quod ex reie-
ctione est, peri-
culum inflam-
mationis pro-
ximum est. in
quo offerre qui-
dem non facile:
ei vero qui post
venæ sectionem
longo tempore
sine cibo per-
manferit, peri-
culum est ne
exoluatur.
tunc locum
inferius decla-
rat Gal. pa.
13. 4

vt ne rationem quidem ullam illius in enarrando habuerit? Etenim & quod illud non improba-
uerit ad certos affectus reliquorum prædiorum more, ipsum referendo indicare, & causam ob quam
id probauerit præscribere eum oportebat. Atque hic in huius præsidij viribus enarrandis tanto pe-
re inops fuit, vt neque id significauerit recipiendus ne sit an posthabendus vsus illius, neque vnquam
quid de illo sentiret proferre ausus fuerit, nisi in vno tantum, vt superius dictum est, affectu. Quan-
quam vel ex ijs quæ ipse retinet, opinionis suæ summam manifestam facere videtur: nequaquam
enim, si vsum illius probasset, silentio præterisset. Neque etiam cum minima quauis quæ ad leuan-
dos affectus accommoda erant, describenda putaret, hæc vt pote tam magna, aliquem etiam si ab eo
non didicisset, propria opera consequi posse persuasum habebat.

Quibus Rationibus Erasistrati Sectatores dogma de Non Secunda vena tuerentur. C. A. P. 2.

CAusa verò, ob quam venæ sectione ipse non sit vsus, fortassis diuinatione opus habere cui-
quam videbitur. Qui enim quis rescire possit quod ea ipsa Erasistratus cognita habuerit, quo-
rum nulla diffusa oratione ille mentionem fecerit? Nihil minus fuisse non nulli qui in explican-
da illius sententia quæuis vaticinari conati sunt: verum hi dum inter se ipsos, discrepant, in ma-
ximis erroribus versari, manifeste sunt deprehensi. Nam nemini ex illis eadem stat sententia: &
quod multo grauissimum est, neque ab ipsis Erasistrati commilitonibus, discipulis q̄ Chryssippi
Cnidij, quo primum auctore de explodendo venæ sectionis vsu dogma suscitatum est, de illius sen-
tentia quicquam certi constitutum est. Hæc autem quæ Apocremantes Strato q̄ protulerunt planè
ridicula sunt: vt erque enim dicit perdifficile esse venam secare, vel ob internotionem valis, vel ob
arteriæ incisionem: nocumentum qui p̄pe illico ingens imminere, si quando loco venæ arteria diui-
datur. His addunt q̄ quandoque aliquis præ timore mortuus sit: & alter etiam ante valis sectionem,
alter verò eo iam secto reserari nunq̄ potuerit, tū quod quidam irreparabili sanguinis fluxu defece-
rit. Sed prætereo illa quoque, quæ à reliquis dicuntur, nam alij quidem eorum allerunt euacuationis
mensuram coniectura assequi multo esse difficillimum, ideo q̄ necesse esse, vt aut diminue euacua-
ti nihil plus contingat: aut mediocritatem excedenti maxima impendeat noxa: quid enim (aiunt
illi) venæ sectio modum exuperans, à cæde differt? Alij verò dicunt, q̄ cum transfusus spirituum
(græce paremptosis) ex arterijs in venas fiat, necessario inanitionem sanguinis per osculorum re-
serationem ipse spiritus sequatur. Sunt & alij qui affirmant venarum euacuationem inflamma-
tionis affectu in arterijs iam constituto, planè superuacaneam esse. At qui vniuersa talia quanquam
credibilia alicui appareant, sunt tamen re vera falsa, indigna que quibus adhiberi fides debeat: quæ
his omnibus longe facillius habenda fuisset, si hæc in medium protulissent, quæ dicta fuerant à cæ-
teris quibusdam, qui ex succorum natura disputandi initium deprompserunt. Et quanquam vel
aduersus hos longiore sermone alicui conueniret instare, huius tamen rei impræsentiarum ea pro-
pter nulla est occasio, quia orationem sic in immensam prolixitatem excrecere oporteret: præterea
nihil obstat quo minus ea quæ tum ab Erasistrato, tum à quouis alio ex Chryssippi discipulis dicta
sunt, reprehendere aggrediamur.

Quæ fuerit Erasistrati Opinio de Ortu Febris & Inflammationis, ac de ipsarum Medela. C. A. P. 3.

Commodissime igitur sermonem mihi intruxisse videbor, si prætermissis alijs ab ipsis Eras-
trati placitis initium fecero, orationem q̄ ipsam quæ eius fieri potest breuissime absoluero.
Cæterum ille arteriam sp̄s, venam aut sanguinis, receptaculum esse allerit: Deinde verò vbi gran-
diora receptacula diuisa fuerint, magnitudine quidem illa diminue, numero aut effici plura: ac cum
nullus locus detur vbi circa terminum vnus, vas aliud non existat, illa vnde quaque per corpus de-
lata in tam minutos fines delinere, vt contentus in illis sanguis præ extremorum osculorum conui-
uentia intus retineatur: ob id q̄, et si oscula venarum arteriarum q̄ inter se vicina sint, sanguinem tū
proprijs terminis circumseptum, ac nullibi in vasa spiritalia insipientem permanere: & eousq̄ sanè
animal legibus naturæ dirigit: Simulat q̄ verò eā quædam violenta irruerit, tum sanguinem ipsum
in arterias transferri, & animal iam necessario agrotare: Causas item huius rei aliquas, præcipuā q̄
illarum sanguinis multitudinem esse, à quo & veng tunicā distendi, reserari q̄ fines qui prius claudi
fuerat, trāstundi et in arterias sanguinē: qui postea sp̄m à corde delatum perturbās, et q̄ motū suū
alterant resistens, si quidē è directo atq̄, p̄pe principē partē constituerit, iā id febrim esse: si aut ab ip-
so retrō repellat ac in finibus arteriarū condenset, inflammationem tum existere. Et talibus ille ra-
tionibus inflammationem ex plenitudine adstruit. Verum quæ ex vulneribus contingit, eā quo-
que sanguinis ex venis in arterias transfusu causari ait, cuius rursus transfusus causam illam quæ ad
euacuationem fit, successionem esse putat: Cum enim scissis arterijs, post insictum vulnus spiri-
tus vniuersus ex laesa parte effusus fuerit, & periculum instet ne vacuus fiat locus, sanguinem illo
tempore, spiritus euacuat, qui que locum illum prius replebat, gressum per osculorum reseratio-
nes consequi solere: Si ergo spiritus foras emissus fuerit, hunc quoque effundi: occluso autem illo
atque obferato, etiam hunc vi spiritus à corde demandati impulsus, in locis vulneri vicinis cunctū
coaceruari, & ea ratione inflammationem efficere. Sed concedamus age ipsi quæcunq̄ hoc tem-
pore de febris & inflammationibus dixit, vera omnia esse: nam alibi demonstrauimus ea nihil
in se veri continere: Doceat igitur ipse nos iam medicaminum seriem. Ait enim cum in multis
alijs

« A alijs locis, tum in primis in tertio de febris tractatu sic verbatim: Circa ægritudinum igitur initia
« ac inflammationum generationes omnem sorbitionum oblationem auferre oportet: inflammationes
« enim, quæ febres faciunt, vt plurimum ex repletione sunt. Si itaque hoc iplo tempore oblationes
« concessæ fuerint, & concoctione distributione q̄ suas actiones perficientibus, vasa alimento repleta
« fuerint, inflammationes multo vehementiores persæpe fieri contingit. Hæc quidem ille de inflama-
« tionibus protulit, quæ circa vulnus ex plenitudine eueniunt. De illis verò, quæ ex vulnere sub-
« oriuntur, in primo de febris libro denuo in hanc sententiam recenser: Istis autem subsequuntur
« medendi rationes, quo vulnera omnia ab inflammatione libera efficiant. Medicamenta enim, cum
« sanis partibus illinuntur, claudendo atq̄ obturando prohibent, ne sanguis desuper fusus in loca dis-
« secta irruat: quandoquidem in illa, quæ affectu carent, eo quod multæ arteriæ illic venæ q̄ recludan-
« tur, sanguis, qui in arterias transilierat, facile in venas quoq̄ transumetur. Quamobrem conseques
« rursus est, vt vulneratis nihil prorsus inflammationis tempore offeratur: venæ nanque, cum alimen-
« to vacuæ existunt, longe facilius sanguinem qui in arterias insilierit, suscipiant: quod vbi contigerit,
« inflammationes minus contingunt. Proinde, quod multitudo euacuanda sit, quodq̄ venæ disten-
« tæ ac repletæ, in seipsas iterato sanguinem recipere non possint, assentire ipsi Erasistrato nos fate-
« mur: verum, quoniam pactio hæc euacuandæ sint, in dubium à nobis vocatur.

*Præstantiorem ex venæ sectione, quam ex inedia fore euacuationem, quodq̄ Erasistratus negligens
fuerit in imitanda natura, ac scriptis Hippocratis legendis. C. A. P. 4.*

Postquam itaque euacuationem faciendam esse confessum iam semel sit, ego cum omnium fa-
cillimam atq̄ expeditissimam, venæ sectione perfici arbitror, vt pote per quā ipsas etiam infla-
mationes solas celerrime euacuare possimus: cum è diuerso inedia, præterquam q̄ longum tempus
requirant, etiam vniuersum habitum æqualiter euacuant. At qui istud nequaquam conuenit. cur
enim quis id euacuet, quod euacuatione opus non habet? Aut cur eliquet carnes, cum sanguinem
subtrahere liceat? Vt interim noxas reticeam, quæ ex longis inedijs necessario euenire solent, ac vir-
tutem defatigatam, & succos biliosiores amarulentioresq̄ redditos, frequentes item cordis morsus
atque inquietudinem, tum deiectionum alui retentionem, & omnia deniq̄ excrementa acriora ma-
lignioraq̄ effecta. Quorum Erasistratus nihil animaduertens, cæcorum more, qui amplam compē
diosamq̄ & planam viam in propinquo habentes, sæpenumero angustam ac asperam prolixamq̄
Cerrabundi incunt, & ipse tam propinquam satisq̄ expeditam & amoenam semitam spernens, ad
impeditam illam ac longam sese contulit: quippe qui hoc tantum considerauerit, num, quod ipse cō-
tendit, via eò vergat, non autem an compendiose, & sine noxa ducat. Nam, quod vel inedia ad pleni-
tudinis euacuationem conferat, ego quoque consentio, verum longo tempore, magnoq̄ cum nocu-
mento eam efficere id dico. Attamen sapientem Erasistratum, qui quorundam iudicio Hippocrati
par esse videtur, non puduit, quod neglecto tam insigni præsidio, nihil credibile aut rationi consen-
taneū attulerit, quin potius, velut de re abiectissima penitusq̄ nullius precij, verba fecerit. At Hip-
pocrates ille medicus te, o Erasistrate, nulla ex parte inferior, non sic de venæ sectione pronūciavit,
sed, quæ tu verbis saltem admiraris, ea ille opere palam est executus. Admiraris tu siquidem natu-
ram ipsam, vt artificiosam simulq̄ prouidam animalis gubernatricem, nullibi tamen eam imitaris.
Aut, cum illam plurimis morbis sanguinis euacuatione medentem frequenter animaduertis, cur
ne in vno quidem vnquam hoc idem tu ipse fecisti: Cur etiam naturæ, quam laudas, opera silentio
supprimis? Cur præterea, quando apud Hippocratem reperisti multa huiusmodi scripta: Mulie-
« ri sanguinem vomenti menstruis erumpentibus solutio: &, Ab atra bile habitis si similem effectum
« hæmorrhoides præstant. Sanguinis item fluxus copiosus, per nares soluntur: apud tenibiles tale, sed
Dvnicum solum verbo laudata natura, opus autem illius nullibi scriptum reperitur. Porro mihi sufficie-
bat, vt opera illius antea ad perfectum addiscerem, à quibus postea initio sumpto ad inuestigan-
dum reperiendumq̄ id, quod æquum putabam, idoneus euasi. Liceat ergo mihi venia eorum, qui
te admirantur, dicere, quod in conspicuo est, quod scilicet mihi aut modis omnibus demens, aut in
naturæ operibus quam minime versatus esse videaris. Alteri enim ex his duobus, vel quia illa nun-
quam cognouisti, vel quia cognita iam dudum non sis imitatus, obnoxius existis. Aut fortassis in
cubiculo aliquo perpetuo delitescens, neque aliquando agrotum aliquem contemplatus, hæc scri-
bebas: hincq̄ adeo non iniuria naturæ opera ignoras, quæ alioqui pro extrema dementia tua sem-
per es præpostere admiratus & imitatus: nec non, postq̄ scribendi prouinciam iniisti, legem scribē-
do es transgressus. Oportebat enim primum te opera naturæ mihi describere, deinde declarare: &
quæ illa integre ac perfecte proprijs conatibus incitata, & quæ morbosis causis præpedita diminue
agat: nam huiusmodi ratio viam ad inueniēda medicamina nobis suppeditat. Cū etenim didicero,
quæ probe ab illa perficitur, superaddito eo, in quo illa deficit, facile ei adimento esse poterō: rur-
sum, si ipsa nihil penitus mouet, id quod quandoq̄ morbosarum causarum vehemētia superata pa-
titur, tum ego illud omne suggerere enitar. Tu verò nihil horum indicans, domiq̄ te continens, vt
qui forte agrotorum visitationem, vt fertur, paruipendas, quod tibi videbatur, scripsisti. Cæterum
si tu ipse

5. Aph. 32. Ex.
6. Aph. 40. d.
6. Aph. 21. P. x.
ord. 48. d.

si tu ipse non perspexeras, Hippocratis monumenta relegenti tibi addiscere integrum erat, & quæ E perfecte, integreque, ac ut ille loqui consuevit, ἀπριως, i. absolute natura mouente iudicentur, & qua ratione illam quis iudicium non aggredientem, pulcherrime imitari possit: quo etiam pacto aggredientem quidem eam, verum debilitate mouentem adiuuare oporteat. Si enim in his exercitatus fuisses, talia te consulente audirem, qualia apud Hippocratem quoque in audio: Quæ iudicantur, & iudicata sunt, ἀπριως, id est integre, neque mouere, neque nouare, siue medicamentis, siue aliis irritantibus, sed sinere. Istud quidem habes proprium naturæ integre mouentis præceptum. Quod verò huic succedit, naturæ, & ipsum, verum diminute ad iudicium mouenti cõgruit, eamque ob rem illi auxilio esse iubens, dicit. Quæ ducere oportet, hæc, quò maxime natura vergit, per loca conferentia ducenda. Natura siquidem tunc temporis expellere conatur id, quod eam infestat: cum autem præ imbecillitate finem operi imponere non possit, nostris auxiliis indiget. Propterea etiam lateris inflammatione laborantes curans, iuxta humorum vergentiam inanire eos consuevit. Quid enim ait? Cum ergo dolor ad iugulum extenditur, aut grauitas in brachio, vel circa mammam, aut supra præcordia existit, interna cubiti vena secunda est. Neque dubites copiosum detrahere sanguinem, donec rubicundior multo, aut pro puro, rubidoque liuidus effluxerit, vitruque enim contingit. At, si dolor sub septo transuerso fuerit, neque ad iugulum ascenderit, tum aluus, vel nigro veratro, vel peplio subducenda est. Rursus verò in quopiam renalium affectionum cõcur su præfatus. Et in rene dolor grauis per ilia vsque ad coxas tendens è directo infert poplitem secare, hoc est, venam, quæ in poplite est, incidere.

1. Aph. 20. Ex. ord. 9. g.

1. Aph. 21. Ex. ord. 10. a

de vict. rat. in mor. acn. cõm. 2. t. 10. & 11. 7.

A 6. Epid. cõ. 1. t. 6. 3. 1. 5. 5. g.

B † Zegen- dum est græce. v. d. p. m. u. n. p. r. e. t. u. s. n. a. t. u. r. e. i. s. u. p. e. r. f. e. m. o. r. i. s. è. d. i. r. e. c. t. o. p. o. s. i. t. i. v. i. d. e. 6. Epid. sect. 1. 1. 6. C 2. Epid. sect. 4. D † ad coxam, C. v. m.

† puerperj.

De usu sectionis venæ in frigidis, ac reliquis ex multitudine affectibus medicorum rationalium, Empiricorum, ipsiusque naturæ testimonio. C. A. P. 5.

Illud verò quo modo dictum est: Ex Margei famula ne sanguis quidem prodit, nam, ut filio- lam hæc peperit, illico os ad vertebra coxarum detortum est. Porro dolor ex vena prope talū lecta cessauit, quamuis tremores corpus iam occupassent. At qui nunc ad occasionem ipsam, eiusque fomitem transeundum est. Hippocrates siquidem te, & occasionem morbi, & generationem occasio- nis perpendere iubet, id quod tu mea quidem sententia multitudine sanguinis præsertim molestita inferente, non de alio quoquam, præterquam de venæ sectione dictum affirmare possis. Ergo præ- fata mulieri, licet iam tremore correpta esset, ille secare venam non distulit, cum è diuerso nemo aliter in tremoribus æque, atque hydrophi, alioque frigido affectu vilo, sanguinem detrahere vnquam ausus fuit. In talibus, n. ex calidi succi euacuatione adhuc multo magis corpus necessario refrigeratur, & innat- us calor, qui per affectum antea quoque frigidatus fuerat, extinguit. Hippocrates verò, ut ipsemet G fateatur, multitudinem sanguinis ante ipsum affectum accumulata considerauit: muliercula, n. à purga- mentis, quas secundas vocant, non fuerat expurgata. Fomes autem, seu nutrimentum occasio- nis, hoc est generatio, primaque causa, ob quam non sit probe expurgata, est ipsa contortio vteri, qui ad co- xam contortus fuerat. Proinde, cum retentio euacuationem, situs verò vteri locum, per quæ euacua- tio instituenda est, illi indicaret, venam talo proximam incidit: talemque Hippocrates sese in cunctis præstitit. Sed ne laudibus virum hunc extollentes Erasistratos tristitia afficiamus, ut, qui ipsi, ante eosque Erasistratus, aduersus illum inimico animo esse mihi visi sint, missa factamus nunc Hip- pocratis monumenta: alio enim tempore totam illius de euacuatione artem declarare constituimus: quin potius transferamus nos ad illos, quorum aliqui empiricam, rationalemque sectam vnà sunt am- plexi, quandoquidem ex his à venæ sectione abstinere inuenio neminem. Nam inter dogmaticos, Dioclem, ac Plistonium, Dieuchenque, & Praxagoram, vnà cum Philotimo, atque Herophilo, & Aselepiade, venæ sectione vsos fuisse compertum habeo: quanquam Aselepiades contentio- nis adeo stu- diosus fuit, ut omnia ferme priora dogmata lacerauerit, neque alicui prioris seculi homini, immo ne Hippocrati quidem pepercit, hincque adeo veterum medicorum rationem, mortis meditationem nomina- re non sit veritus. At qui neque hic eo impudentiæ venerat, ut venæ sectionem è medicinalium auxi- liorum numero explodere auderet. Quin etiam, neque inter recentiores, aut vetustiores aliquis, non Athenæus, non Archigenes, neque Agathinus, tum denique, neque ex empiricorum coetu quisquam: hi enim cum nihil eorum obseruent, que rationi consentanea sunt, omniaque experientia sola decer- nant, tamen ex his neminem mihi proferre poteris. Quando autem isti in omnibus aliis rebus ferè dissidentes, in hac sola conueniant, mihi planè concordia suspitione vacante nihil magis fide di- gnum esse videtur. Sed, ne præ testium multitudine opera nature, quam tu, si laudas, obscuriora red- damus, mittamus hos, si lubet. Nonne ipsa mulieres cunctas singulo mense euacuat, sanguine su- perfluo foras effuso? Muliebri enim genus, ut quod domi ageret, neque vehementibus laboribus exerceretur, aut sub claro sole viueret, ac ob vtraque hæc multitudinem humorum coaceruaret, ip- sam euacuationem plenitudinis, tanquam remedium naturale, obtinere opus habebat. Et vnum: quidè istud naturæ opus est: alterum verò purgatio post partum contingens existit: licet & forma ipsa, species sit euacuationis. Nam ex sanguine vteri conceptus nutriti solet. Tum verò, postquam editus est foetus, generatio lactis in mamillis, vacuatio hæc quoque est quantitate sua non parua: vna siquidem, & lactis, & menstruorum substantia est, amborumque, ut quisque dixerit, riuorum fontes communes, venæ sunt. Quamobrem, quibuscumque per ætatem menses fluere cessarunt, his neque in mamillis lac amplius

Amplius colligitur: quæcumque etiam purgandi tempora adhuc habent, ac interea lactant, hæc non purgantur. Præterea cum mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illico lac huic euanescit. Ad hæc quæcumque animantia vtero non gerunt, his neque lac vnquam adest: rursus quibus id suppetit, illa etiam ad concipiendum à natura idonea sunt. At si iam addidisti quot commoda ex huiusmodi euacuatione muliebri genus maneant, quotque documenta ipsam suppressis sequantur, haud video qui suffe- ras, quo minus sanguinem superabundantem modis omnibus euacuare acceleres. Mulier enim, Hippocrate teste, podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Sed cur ego contra hominem Hip- pocrati inimicum, verbis Hippocratis vtor? Velim itaque audias iam veritatem ipsam me præcone- tibi denunciantem, quod mulier si probe expurgetur, neque podagris, neque articulorum doloribus, neque lateris inflammationibus, neque peripneumonibus capiatur: sed neque epileptiæ, neque apoplexiæ obno- xia sit, aut spirationis vel vocis ablatione rite purgata vilo tempore infestetur. Num verò mēstruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut conuulsionibus, vel tremoribus, rigoribusue mulier aliquando correpta est? Num etiam vel melancholia laborantem, aut mania vexatam, aut quæ ex thora- ce spueret, vel vomeret ex ventre sanguinem, aut capite laborantem, aut synanche præfocam, aut aliquibus id genus magnis & vehementibus affectibus impetitam, cui menses recte excernerent, quibusque conspexit? Verum his retentis eam cuiuslibet malo implicari facile est, huicque rursus euacua- tiones medentur. Sed posthabitis mulieribus te ad mares iam confer, ut discas, si quibuscumque, p- consuetudine, superflua per hamorrhoides euacuantur, hi omnes vitam morbis minime impedi- tam agunt: quibus item inanitiones supprimuntur, hi in perniciosissima quæque labunt. Vtriusque neque horum, ubi vel synachen vel peripneumoniam incurrerint, sanguinem euacuabis, aut potius, ne desciscere videaris ab ijs quæ perperam didicisti, tot hominum interitum paripendes? Tu fortassis hoc facies: ego autem non hæc solum, sed etiam spasmodum hydroperemque sanguinis euacuatione se- pius sum medicatus: in hunc, n. modum erudit me tum longa experientia, tum ratio ipsa, quæ mihi suggessit ut occasionem ipsam, eiusque momentum sic inuestigare. Quod autem experientia quoque istud me docuerit, si empiricorum commentaria legeris scire poteris.

Communi hominum Nature, ac Brutorum quoque animalium Consensu, Erasistratum, ac omnes, qui Venæ sectionem paripendunt, aduersari. C. A. P. 6.

Ne igitur in posterum cum Hippocrate solo (quæ euacuationem sanguinis laudauerit, cum vel in tremorem, vel in hydroperem, vel in alium quemuis frigidum affectum, nas quidem ob hamorrhoidum, mulier verò ob mensium retentionem inciderit) tibi controuersiam futuram re- cre, sed & cum vniuersis medicis qui experientiam sectantur, uel potius cum vniuersa hominum vita. Videris, n. tu cõem omnium subuertere sententiam, præsertimque si neges quod à natura cuiusque institum sit, ut considerare possit sanguinem ob nimiam multitudinem euacuandum esse. Quis, n. contraria contrariorum esse remedia ignorat, ut quæ sententia hæc non Hippocratis tantum, sed om- nium hominum communis sit? Tu verò præ odio quod aduersus Hippocratem concepsisti, mea quidem sententia etiam alijs multo es dementior, idque cum habeas naturam te ad hæc ipsa quod die manu ducentem: nam hæc in eadem adfectione, ac repletiones euacuationibus, & frigus calidæ etio- nibus, caloresque refrigerationibus curat. Quid enim aliud est offerre cibum, quam plenitudinem sup- peditare: quid rursus excernere feces, quam intestina repleta exinanire? quid item mēstris repleto- ni velicæ mederi? Pleraque enim animantia frigore lacerata, latebras ac calidos specus in penetrabi- bus terræ sibi inuestigant. Aliqua etiam aestatis tempore calore anhela, sese in aquam frigidam cõ- iiciunt, & in vmbrosis locis ventoque peruijs immorantur. Ego præterea frequenter vidi canem vo- mitum sibi met studiose prouocantem: auem quoque ægyptiam clystere imitatum: quæ omnia ab hominibus, ut qui ratione compotes sint, multo faciliore conatu perficiuntur. Accerse ergo ho- minem quempiam rei medicæ expertem, ad agrotum, qui bona sit habitudine, iuuenis, multo D abundans sanguine, quibusque præ synanche aut peripneumonia suffocetur, postea hominem interro- ga siquid cognoscat quod huic affectui succurrere possit. Quis adeo demens est, ut sanguinis eua- cuationem non pronunciet? Ceterum Erasistratus ob contentio- nem quam aduersus Hippocratem præ se fert, ne id quidem, quod communi omnium hominum suffragio receptum est, probare vi- detur, & ea propter reperitur vel gruius ipsi insipientior: has siquidem aque atque aquilas, præ- longo vsque ad vltimos terrarum terminos volatu, partim frigus, partimque vltim euitantes, quo cõ- traria contrarijs semper propulsent, videre licet. At qui, ut & antea dictum est, perspectum habere quod ijs euacuandus sit sanguis, quibus ex eius multitudine periculum imminet, id præstantiam artis Hippocraticæ non dum æquat: ego enim tum qua ratione, tum quo tempore, qua ue quantitate eua- cuatione instituenda sit, mihi declarari mallet. Scire namque quæ venam, quæ in fronte est, vel illas quæ in hircis oculorum, seu sub lingua existunt, vel quæ humeraria vocatur, vel subalarem, vel quæ per poplitem penetrat, quæ ue prope talum adest, incidere oporteat (prout de his omnibus Hippocrates docuit) hoc ipsum ego ratiocinationem medicorum arbitror esse. Verum quod con- traria contrarijs medicanda sint, quod que euacuatione repletioni opponatur, tum abest ut admirer, ut etiam huiusmodi cogitatione bruta animantia participare dicam. Si autem auribus apertis, aut animo potius, ac depolita erga Hippocratem similitate, veram rationem amplecti volueris, aliquid iam

6. Aph. 19. Ex. ord. 49. b

Cephal. et.

In libro de Fla- tib. paulo post principium.

quod illius arte dignum esset, dicere tibi possem. Eousq; n. Diocles Pliftonicusq; ac Herophilus, E & Praxagoras atq; Philotimus, nec non alij medici permulti inter se consentiunt, q; ipsi quidē non per sese, verum diuinum Hippocratem secuti repererint, quo tpe qualibet veng, quas supra cōmemorauit, incidendae essent. Caterum q; ab atra bile habitis similiter hæmorrhoides conferant, etiam si istud Hippocrates perspicue docuerit, non tamen omnes sciunt, sed quicūq; syncere in illius scriptis versati sunt: hī soli. n. quomodo hæmorrhoides dysenteria ac varices fiant, ab ipso perdidicerunt. Item q; non semper horum vnum quodq; si existat, prohibendum est, sed q; quandoq; coadiuandum: vel natura quiescente (quando sic confer) ei torum committendum: adeo ignorant illi qui dysenteriam varicesq; & hæmorrhoides immature præpropereq; medicari discūt, vt & ea moliantur quæ facere nequaquam debebant. Porro ego quoq; vidi non paucos ob huiusmodi euacuationes, quæ medicorum imperitia cohibita fuerant, aut atra bile, aut insaniam vexatos: ipsorum quoq; aliqui tum intercostali inflammatione, tum renali morbo correpti sunt: non nulli verò ex ventriculo sanguinem vomebant, aut eundem tussiendo ex thorace spuebāt, aut cattonito morbo aqua ue intercuitanea interibant. Hæc illa sunt, quæ mea quidem sententia medicus vnā cum præclara euacuationis arte cognoscere debet.

Sanguinis Missionem Non modo non Prohiberi, quia Vacuandi Sanguinis Quantitas ignoratur, sed Cæteris Vacuationibus omnibus Certiorem Mensuram, ac Tutius auxilium præbere.

Quantum autem de sanguine exuperante euacuandum, idq; cum non sit magni momēti, cur Erasistratus tanq; ex magnis quoddam contempserit? Aut cur homines illi aduersus oēs obstrepere paratissimi nugatur, cum illum incusent, dicantq; euacuationis perinde atq; aliorum auxiliorum rōnem ignoralle? Aut cuius nam, per deos immortales, illū adeo exquisitè tenere mēsuram arbitrantur, vt neq; excedat in quantitate, neq; deficiat vnquam: num clysteris, aut purgantium medicamentorum alicuius, aut vrinam cientium, vel cibi vilius potus ue? Tempus itaq; esset ipsis, vt pote oīa suspicione infesta reddentibus quiescere omnino. Aut cur ergo Erasistratus purgantibus medicamentis vitura: c vinum aqua frigida dilutum, tum alijs quibusdam, tum maxime cholericis exhibet: Chrysiippumq; præceptorem suum, vt qui inuenerit præsidium nulli veterum cognitum, quodq; & solum cholericos iam morti proximos restitueret possit, his verbis satis inuidiose laudat: Non etenim quouis tempore id præbet, sed vsum auxilij huius ad occasionem vehementer præcipitem traduxit. Ego verò hæc in se ipsum non accuso, præferum cum tã absolute oīa quæ ad occasionem spectant, dilquirat. Illud tñ in eo quis demirari possit, q; si quando Chrysiippum quicq; doceat, tum, vt ex verbis eius colligere licet, vehementer sit audax, nihilq; ipsum prorsus neq; momentum occasionis, neq; mensuræ difficultis coniectura, neq; affectus periculum prærefacit: sed putet adeo exquisitè simul clareq; illum & mensuræ & occasionis rōnem docuisse, vt decreta sua non medicis solum, verum & popularibus vsui futura arbitretur: at rursum cum ex veteribus medicis aliquem ob rerum inuēta laudare opus habeat, illic vnde quaq; tergieretur. Age ergo declaremus illis, q; mensura in venæ sectione multo facilius deprehendatur, q; in cæteris quibusuis auxilijs. Nam & coloris mutationem sapenumero dispicere licet, hocq; duobus modis fieri potest, interdum quidem sanguinem ipsum fluentem, interdum aut ægrotum considerando. Ad hæc animi quoq; defectio in plurimis affectibus vacuationis terminum obtinet: Sanguinis item fluentis vigor labescēs, & pulsus mutati. Adde q; & medicus huius solius euacuationis liberam habeat facultatem listendi quandocunq; illi placuerit, aliorum autem nullius. Nam vbi dandum sit aliquod medicamentum siue deiectorium, seu vomitorium, seu vrinarum euacuatorium, aut thoracis vel capitis purgatorium, horum. s. omnium prima exhibitio in tua potestate sita est, cætera autē fortuna administratrice obtingunt. Ingens præterea in ppinationibus pharmacorum purgantium periculum est, cum vel non commouet purgatio, vel quod in aluum attractum est, non facile excernitur: vel cum dolore, moribus, torminibus, refrigeratione, pulsuum euanescentia, ac animi defectu exprimit, vel cum corpus vehementer perturbatur, interimq; paululum admodum euacuatur: aut euacuatio modum excedit, hōc. n. ipsum tanq; oīum malorū extremū in hac parte frequenter contingere solet: neq; n. vt venæ incisæ fluxum, quem supimposito digito mox sistes, sic profluuiū alui tibi listere licebit. Veruntñ nemo ex medicis superuenientium symptomatum metu percussus à ppinatione pharmacorū abstinet, sed postq; errorem commiserit tum demū cauendum sibi ab illorum vsu pponit. Sed quid ego purgatoria refero, ac in enarratione fortium medicamentorū tps tero, cum & cibi cuiusq; in mensura erratū maxima afferat nocumenta: quorū magnitudinem in extenuatis & imbecillibus hoibus, quicq; celeri nutritione egent, considerare facile possumus. In his. n. si quid minus æquo nutriat, virtutem tabidam reddet: contra vbi quid in modū exuperans naturæ oneri potius q; nutrimento fuerit, illam penitus suffocabit, extinguetq;. An igitur à cibi exhibitione abstinerebis, eo q; mensuram illius non sine negotio assequi possis? Atqui ea quoque rōne à mendici puincia penitus abstinerebis, nihil. n. in medica arte reperias, quod nisi certa mensura vsurpatum, posse possit. Caterum in sola venæ sectione ne hoc quidem culpate queas. Proinde errata, q; vtrinque circa mediocritatē contingunt, non parua noxæ sequuntur, maximeq; quia excessus perni-

Aperniciosissimos esse nemo neget: verum in quo minus periculum est, in eo excedere modum nō fuerit necesse. Sit. n. si ita fors ferat, mediocri detractio trium heminarum: vbi si quatuor detraxeris, noxam maximam inferes: duas rursum si euacuaueris, commodabit quidem id fati, læsionis vero nihil afferet: licebit nāque tibi vnā illam heminam vel clysteribus, vel inedia, vel friccionibus, vel sudoribus exhaurire, præterq; q; & denuo detrachere si voles, non vetaberis. Sed qua rōne ego tam multa in medium affero, contendere cupiens cum hoibus in suis, qui ad hoc q; nihil rōni consonum loquantur, etiam ea ipsa non agnoscunt, quæ ipsimet laudibus efferre solent? Admirant. n. dicta Erasistrati, ac nomen sibi ab illo vendicant, Erasistratæos sese appellantes: verum documentorum illius adeo ignari sunt, vt quiduis potius q; sententiam illorum enodare valeant. De venæ ergo sectione tam proluxa tamq; absurda nugantur, vt iure optimo quis non solum imperitiam illorum, verum etiam impudentiam detestari possit: quippe cum Erasistratus in libro de sanguinis reiectione, in quo solo vena sectionis meminit, aperte dixerit, q; Chrysiippus ob id non viatur detractio sanguinis, quod æger qui propter inflammationes necessario in inedijs continetur, perdurare possit: ipsi tñ nihil minus q; hoc dicunt. Aut vis ne ea gratia vt homines hos Erasistrato obtrectantes in posterum quoq; audiamus, idq; cum verba Erasistrati in promptu nobis adlinc: atqui hoc nequaquam æquum est. Audiamus ergo dicta ipsius, vbi ait: Multo cōsultius agebat Chrysiippus, non solum q; præsens erat inspiciens, sed & impendentis periculi curam agens. † Hæret. n. illi, qd in reiectione contingit, ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile est: Bi verò qui post venæ incisionem longo tempore sine cibo permanferit, periculum est ne dissoluatur. Aperte. n. illum à periculo, quod ex inedia accidit, cauere dicit, illudq; necessario secuturum putat, quia æger ob inflammationem fame longo tempore sit exercitatus.

Perperam Erasistratum in Euacuatione, ac Reuulsionē, quæ Inflammationibus medentur, Inediam Venæ sectioni prætulisse.

Hic quoque nihil moror Erasistratæos blatterantes cur ille hominibus inflammatione laborantibus nihil offerre iusserit: verum ipsum Erasistratum per verba: quorum antea mentionem feci, semet interpretantem habeo, ex tertio nimirum de febribus, vbi de inflammationibus quæ ex plenitudine fiunt, disserit, & ex primo de vulneribus. In utrisq; n. commentarijs non semel, sed sæpe, venas quæ inedijs exinanitæ sunt, vt sanguinem affluentem denuo recipiant, aptiores fieri dicit. Quid enim ait: His verò consequens est, vt vulneratis inflammationis tempore nihil offeramus: venæ. n. cum à nutrimento exinanitæ fuerint, sanguinem qui in arterias transiit, facilius suscipient.

Inediam ergo tanq; euacuatorium auxilium quoddam inflammationes discutit, eamq; neque alia de causa inflammatione laborantibus intungi dicit, q; q; venæ euacuatæ sanguinem in arterias insilientem sic facilius suscipiant. Deinceps verò cum venas euacuare velit, possitq; id (ita me diu ament) sine molestia vlla celeriterq; perficere, longos ille insumit labores. Verum ego non video quo pacto se ipsum quis implicando magis prodere possit: Non secabo, inquit, venam, vt æger ad sustinendas inedias sufficiat. Porro cuius rei gratia inflammatione correptos fame exercitatus: vt, inquit, venas exinaniam. Cur ergo eas à principio non euacuasti? Proinde pudet me iam hominis qui ita tam graui errata inciderit, qui præter hæc, quibus tum perspicuis ipsius artis decretis tum suis proprijs rationibus repugnat, etiam hoc ipsum ignorare deprehensus sit, qua de causa inedia suscipiantur: quāquam de vsu illarum multo antea Praxagoras satis copiose clareq; scripserit: tum Hippocrates & Diocles quantum ad hoc spectat, nihil prætermiserint. Hic verò ita rudis est, vt inedias solas ad venarum euacuationem assumendas, eaq; sola ratione laborantibus succurrendum putet: deinde, per louem, euacuatorio remedio opus habens, neglectis efficacibus illis, quæ ue quocunq; quis velit, celerrime ducere possint, ad omnium leuissimum transeat. Verum age concedatur tibi & hoc, quod inflammationes ex vulneribus medicari eodem modo possint, quo & illæ quæ ex

Dmultitudine pendent, quid tandem faciemus cū multitudine ipsa, quæ in venis etiamnum manens eas extendit: aut etiam cum eadem in arterijs impacta fuerit, quo nam pacto illi succurrendū erit? Ego sanè in hmōi omnibus venæ inanitionem summe idoneam esse arbitror. Incumbat ergo in thoracem tanta multitudo, vt periculum sit, ne aliquod vas in eo rumpatur, num vel sic venam nō incidemus, aut membra potius lancis vinculis excipiemus: Illud quidem istud medius fidius suffecerit, qñ quidem cū in his loco reuulsiuū præsidij vtendum censeret, non intellexit venæ sectionem in reuellendo multo esse efficaciorē: plurimis enim irrelstringibili sanguinis profluuiū laborantibus, vena secta fluxum sistimus. At Erasistratum hoc quoque ignorasse existimo, nam non cuiusuis hominis est scire quæ venæ, cum ex aliqua corporis parte sanguis profluit, incidendæ sint. Postq; igitur uenæ sectio efficere quàm maxime ea omnia potest, quibus hoc tempore indigemus, illum sanè euacuationem vnā cum reuulsionē prætermisisse certum est. Quid ergo tu amplius cessas, tempusq; inaniter insumis, & hominem conficis, cum possis illum vindicare & à vasorum ruptura, & quæ illam insequitur inflammatione, & à famis cruciatibus, qui inter remedia inflammationis à te instituitur: Si enim multitudo rupturam efficit, tu illa euacuata id quod futurum erat prohibebis: quod quidem si feceris, etiam ex ruptura inflammationem de medio tolles: hæc rursum sublata nō amplius inedarum vsus nobis erit amplectandus. Tu autem eo q; inediam cuiq; cōsulere cupis, vi-

Sexta Classis. bbbbbb ij deris

* paraplegijs

† vide supra pag. 5. d. quomodo locum hic legatur.

deris mihi ipsemet affectum qui famis cruciatibus opus habeat auctor existere. Quid graue erat, E
re quae laedebat euacuata, nihil negocij deinceps praestolari:

Inter Remedia quae Multitudinem emendant, Nihil Venae sectione praestantius: Quae omnia Erasistratum neque Inedia neque Reliquis euacuatorijs praesidijs vti potuisse. CAP. 9.

Sed frustra ego forte tantum laboris infumo, quod praesentem hunc sermonem tibi in memoriam redigam. Sane enim tu ipse nos docuisti in primo de salutaribus libro, vbi de multitudinis generatione quae in venis consistit praefatus, illius quoque remedia ordine scribis, euacuationem scilicet quidem omnium ipsorum statuens: aliud vero illius genus, alij affectui conferre inquit. Praeterea quae exinaniant plethoran, id est repletionem (sic enim alimentum multitudinem in venis congestam appellandam censet) tum exercitia, tum lauacra copiosa, tum ipsam tenuem victus rationem esse iubet. Neque idem euacuatorum auxilium cunctis conferre dicit, ut quod neque omnes omnium illorum vsui simul affueciti sint: sed alij lauacra, alij rursus exercitia, non vni item vomitiones a cibo magis vsurpent. Ad haec quod non isdem morbis omnes obnoxij sint: verum hic epilepsia, ille sanguinis sputo, alter etiam vel hepatis uel licnis affectibus, facile corripit. Nullo igitur pacto epilepticum quinquam balneis euacuare attentabimus, id quod tu quoque cauendum recte putas. Etiam vero neque sicuti de valis in thorace ruptura timor instet, huic exercitia iniungeamus: periculum enim est ne illorum vehementia, etiam si non adsit multitudo, ob virum tamen imbecillitatem ipsius exercitantis vena aliqua circa thoracem rumpatur. Qua ergo ratione illi succurre debemus, quae nos edoceat: siquidem quod euacuandum sit vel tu ipse fateris, hinc quoque ad euacuatoria illa praesidia, hoc est exercitia, lauacraque frequentia, & tenuem victus rationem abs te habemus. Ceterum exercitijs ne tu ipse quidem vti putaueris: Quod autem ad lauacra attinet, utendum ne his in rebus sic affectis, an nequaquam utendum sit, tu plane nihil pronunciaisti. Ego vero illud quod euacuatione apparet experientia corroboratum, aperre dicam: tu si de te quoque vaticinari mihi licuerit, quod tibi forte visum fuit, aperiam. Tu enim ipse in tractatu de sanguinis refectione, deligationibus, in edis quoque vteris, tanquam quibus solis plenitudinem reuellere, non autem balneis euacuare, oporteat. Arbitror namque te vbi vena iam rupta sit, lauacra inhibitorum, cum interim reticueris si vbi futurae rupturae suspicio adsit, vti illo velis. Porro ut tu aliter sentias, mihi nihilo minus euacuationem illud laetificat, quod vniuersis sanguinis fluxionibus ex balneo maxima noxa contingat: & causa huius perspicua est: Sanguis siquidem calido lauacro in vapores resoluitur, ac in spiritus redigitur, proptereaque ad motum incitatur & in tumorem attollitur: ad haec corpora calidis lotionibus, mollia debiliaque efficiuntur. Qui igitur fieri possent, ut cum ipsa iam molliora effecta sint, quibus qui ea rupit, motum simul tumoremque nactus sit, non facile afficerentur? Proinde haudquaquam per balnea illos euacuare conabimur, quibus ne propter multitudinem sanguinis vena rumpatur, periculum impendat. Reliquum itaque est, ut ad tertium euacuatorum auxiliorum genus, puta tenuem dietam, confugiamus. Age sane postquam hanc quoque tribus modis operatus fueris, nempe tenues paucos te aut nihil nutriendos cibos offerens, vel nequaquam offerens, vel a coena vomitum iniungens, videamus in primis quomodo tenuiter cibabimus: nunquid sumpta coena vomitum prouocantes? Atqui si modo quadantenus ipsis vomitionibus intrepide vti volumus, sic exercitiorum vehementia nos cuitare oportebit: hoc enim neque plebeium quinquam later. Superest ergo ut uel in ediam praecipiamus, aut pauca nutritionis quoque expertia alimenta exhibeamus. Verum haec quamuis non insigniter, nutriunt tamen & ipsa nos vero non addere aliquid, sed auferre potius cupimus. Vltimo igitur laboriosam illam ac re vera perniciosam, aequae atque sacrae aliquam anchoram, quaeque omnibus affectibus opulari possit, famam accersimus, ac deinceps & Apollonium & Dexippum ea gratia maledictis incessimus: At hic te recordari percuperem illorum quae ipse de hac re docueris: nam tu ipse de inedia sic videris sentire, tanquam ea ex numero euacuatorum auxiliorum nequaquam sit. Verum simul ac prius quod volo demonstrauero, tum & testimoniorum quoque adducis, faciam mentionem. Nam inedia inter res existentes nullum obtinet locum, nihilque magis subsistit quam vel caecitas vel surditas, quae omnia rerum existentium priuationes sunt. Ipsa enim ciborum adiectio ex rebus consistentibus est, vnde & hanc opusque eius, corporis nutritionem esse inuenies: rursus subtractio eorundem, non eadem cum rebus existentibus est. Neque etiam proferre poteris aliquod opus illius, qualis illa est, quae in sudoribus venaeque sectione ac clysteribus contingit euacuatio, nec non in edulij nutritio. Media igitur amborum, hoc est euacuationis & nutritionis, inedia est, ut quae neque nutriat, neque euacuet. Quamobrem ergo ille multos ob inopiam ciborum famis tempore interijlle dixit: Non mehercule ob inopiam ciborum rindebimus, nam eadem quoque ratione animantia in latebris degentia sine ciborum copia perdurare nequaquam possent. Perdurat vero haec, idque ipsemet Erasistrato afferente, qui & causam huius rei affert: Vniuersa namque aialia per exteriorum cutis superficiem, secundum quod magis vel minus de raritate participant, transpirare autem quod autem uel magis uel minus rara superficies contingat, tum multas alias causas esse, tum illas non minimas, quae secundum caliditatem & frigiditatem, ac quietem morumque corporum mutationes sunt. Si enim qui nos ambit aer calidus existit, & aians exercitijs vacauerit, plurimum tunc ex eo defluere contingit: At in contrario rerum statu, vbi videlicet ambiens nos frigidus, insuperque animal

Animal sine motu degat, defari illico exteriorem superficiem, defluereque nihil profusus aut vnde quaeque parum: & ob id ferae quae cunctis latibula incolunt, alimentis opus non hnt. Cum enim haec sub hybernū frigus, quo tempore in cauernis commorantur, toto corpore frigidae segnesque ac densae ob quietem redditae sint, & exterior superficies iam adstricta fuerit, nihil tunc defluere par est, neque etiam quod euacuatum est, repletionem indigere: alioqui nutrimento opus haberent: ad quod inuelligandum ea propter incitantur, quod defectui, quem ex inanitione perceperunt, opem ferant. Patet ergo hinc quod & euacuatio, quae in tota superficie contingit, defectus sit causa: & indigentia ciborum ideo incumbat, quia quod inanitum est, repleti denuo desideret. Atqui postea quoque causa defecerit, ob quam sola animalia cibis indigebant, necessarium omnino est, ut & indigentia ipsa vna deficiat: atque ea de causa animalia latebras incolentia sine cibis degere possunt, siquidem neque adiectione indigent. Manifeste itaque didicimus, quod non inedia, sed potius raritas cutis euacuet, quam si frigore atque quiete densa fueris, quid commodi amplius ex famis cruciatu expectabis? Praeterea cui de sanguinis sputo periculum imminet, necessario tum exercitia, tum omnes supercalfactiones euitandae erunt: ex vehementia etenim horum venae rumpi plerumque possunt. Supercalfactiones item isdem modis quibus & lauacra obsunt. Corpus ergo citra ullam calfactionem euacuabis: si enim id vel lauacris, vel exercitijs calfeceris, ipsas venas ad ruptionem dudum inclinatam maiorem in modum laedes. Quae ergo sic affectis consulendi ratio nobis superest: Inedia namque, nisi hominem exercitari aut quouis modo cal fieri contigerit, euacuare non possunt: venae vero sectionem veluti & alia fortiter purgantia medicamenta, quemadmodum manifeste apparet, summe arbitror fugimus. Haec est illa admirabilis sane euacuationum praesidiorum opulentia, qua abundant hi qui ad inediam confugerunt, quaeque sola si vtemur, iam nobis nihil reliqui fecimus, ut quod sola euacuare nullo modo possit: rursus quibus adiuncta euacuat, ea ipsa maiores longe noxas quam commoda ex euacuatione habent.



GALENI DE VENAE SECTIONE ADVERSUS ERASISTRATAEOS QUI ROMAE DEGEbant LIBER

Iosepho Teetandro Cracouicensi interprete

*Ab Augustino Gadaldino ad vetustissimorum exemplarium Graecorum
fidem diligenti cura emendatus*

ARGUMENTVM LIBRI

Ostendit Nunquam vsu fuisse Erasistratum Venae sectione: & quod Cum id non intellectissent eius Sectatores, Tum inuicem sunt aduersati, Tum in grauisimos errores inciderunt.

Quibus de Causis Galenus Erasistrat. eos Romae coactus est redarguere. CAP. 1.

*De hac re in
de 5. meth. c. 15*



D Vm Romam initio venissem, incidi in medicos quosdam, qui a venae sectione tantopere abhorrebant, ut cum aliquis aeger quispian propter plenitudinem iam praefocaretur, ne tum quidem hoc auxilio vti vellent. Praeterea mulierculam quaedam, quae viginti vnusque annorum aetatem agebat, ac ex menstruae purgationis retentione faciem rubicundam obtinebat, tussiebatque paululum, & difficulter spirabat, illi curare adorti, primum quidem membra illius lancis vinculis leniter excipiebant, & in inedia exigere iubebant, venam autem secare nolabant, nosque id facere volentes prohibebant. Quia vero domesticis ipsius mulieris familiariter vtebantur, & etate me erant multo superiores, facile ipsis est habita fides. Ego quidem illis venae sectionem tum tps suadere non conatus sum, sed interrogavi num mihi pro eos liceret sanguinem ad vias vteri, remedijs quae hoc efficere possent, prouocare: quod cum illi propte concessissent, adij familiarem ipsius aegrotae obstetricem, qua & exhortatus, ut vsu illorum experiretur. Verum illa remedijs hmoi, tpe quo factum id oportebat, vsam fuisse se affirmabat, quoniam menstrua purgatio futura in expectatione erat: recitabat quoque remedia ordine, quae mulieri obtulisset: & haec quidem commoda alioqui erant, eamque ob rem quo minus efficacia fuissent, nequaquam

Sexta Classis.

bbbbbb ij illorum

illorum imbecillitate factū esse videbat. Postq̄ igitur ego ista percepissem, simulq̄ a retētionē san-
guinis quartum iam mēsem præterisse animaduertērem, denuo cum medicis illis cōgressus, ut ad
venæ sectionē sese conuerterent persuadere eis conabar. Cum aut̄ id facere noluisent, illorum ani-
mum demirabar, maximeq̄ si eniterentur, ut omni conatu apertis circa vterū venis q̄ plurimis san-
guinem superfluum illinc euacuarent: si verò alia quāpiam vena secaret̄, noxiam ex eo euacuatio-
nem euenturam arbitrarentur. At ijs ridentibus, q̄ vel abq̄ talis auxiliij præsentia sanguis exupe-
rans sola inedia euacuari posset, taciturnus discedebam, nihil bonæ spei de muliere propter tussim
ac spirandi difficultatem concipiens. Aut. n. rupto vase ipsam ex thorace pulmone ue sanguinem
spūto eieciuram, aut synanche, vel laterali inflammatione, vel peripneumonia, correptam iri p̄medi-
tabar: optabamq̄ votis omnibus, veluti in delectu malorum fieri cōtingit, ut mulier laterali saltem
inflammatione corripere. Incuriebat quippe mihi terrorem tum acuitas periculi, quod ex synanche
peripneumoniaq̄ subitura esset: tū ex ruptione vasis in pulmone lethale nocuentū, id quod pos-
tea re ipsa est subsecutum. Dum. n. illa vehementius tussiret, sanguis ēt vnā extrosus ferebatur.
At qui iam uel uulgo nō pauci medicos obiurgabant, q̄ illi mulierculæ venam incidere vetuissent:
sperabantq̄ oino futurum, ut ēt si id prius non fecerint, hoc tñ tpe uerecundia ducti, vsum præfati
auxilij concederent. Caterum cum hi neq̄ tum quicq̄ commouerent, sed potius vincula mēbroſū F
fortius adstringerent: iuberentq̄ vterum remedijs irritare, ac mulierem inedia sustinere, ego & ob-
ætatē & celebre nomē virorū, nihil me amplius profecturū credens, illinc discessi. Mulier quoq̄
ipsa non ita multo tēpore interiecto, insanabili spirationis difficultate coercita interiit. Synanchici
p̄terea non nulli vbi eis a venæ sectione interdictū esset, illorum opera perierunt q̄ celerime. Fuit
& alter quispiā, qui ueris tpe, cum p̄ totam hyemem magnopere repletus sine exercitijs degeret, ac
totam faciem unā cum ipsis oculis adeo rubicundam haberet, quemadmodū si quis pronus capite
in terram defixo, cruribusq̄ in altum prorensis sub hmōi figura perseueret, quinto tandem die re-
pente præ anhelitus difficultate suffocatus est. Hos ēt in secura est mulier, numero quarta, quam illi
uenæ sectionis hostes, retētionē menstruæ purgationis non pauco tpe grauam, eodem pacto ad
interitum ferē peritaxerant. Nam primis tribus diebus ipsam in inedia conseruabant, febri. n. conti-
nua laborabat. Quarta verò luce pauxillum quid sorbitionis exhibentes, quintam sine cibis transi-
gere iusserūt: in qua illa grauissimē exacerbata delipiens proſiliebat, & clamore iam extra fores ab
illa sublaio, uix tandem ab ijs qui cō confluxerant retineri potuit. Verum hanc natura copioso san-
guine ex naribus effuso seruaui: & dabatur occasio qua non sine admiratione discere poteramus,
quātam habeat facultatem ad hmōi affectuum medelam ipsa sanguinis subtractio: mox. n. post san-
guinis ē naribus prurptionem mulier ab oibus symptomatis libera euasit. Ego verò, quanq̄ an-
tea sermonem cum medicis instituerē ueritus fueram, q̄ ea considerare quæ illi pro non admittēdo
uenæ sectionis usu dicturi fuissent: cum tñ oēs animaduertent mulierem manifeste ex sanguinis eu-
acuante seruatam esse: saltem mortuos illos ad memoriā eis reuocādos duxi, quibus liquis venam
secuisset, forte fuissent & ipsi seruati: asserēbantq̄ ad hæc rōnes quasdam. Hi verò uerba vltro ci-
troq̄ inuolentes se ipsos implicabant, nihilq̄ prorsus certi statuebant, ac postremo ad Erasistratū
confugiēbant, quem utpote primo de refectione sanguinis libro dicebant declarasse, q̄ vincire ipsa
membra, quā venam secare longe præstaret. Aiebant præterea illum in opere quod de febribus
inſcripsit, venæ sectionis neq̄ a principio meminisse, † cum alioqui ea omnia recensuerit quæ de
sanguinis refectione indicauerat. R. idendus enim modis omnibus esset, si venæ sectione in eo affe-
ctu qui ea maxime indigere videbatur omiſſa, de alijs uerba facere non destitisset. Asserebant quo-
que q̄ Erasistratus ipse non solum in opere de febribus, verum & in reliquis tractatibus omnibus,
uenæ sectionem reticuerit: neque etenim vel in quo de affectibus alui tractat, vel in quo de resolu-
tionibus, uel ubi de podagricis morbis differit, aut cum de salutaribus agit, venæ sectionis auxilio
usus est unquam, idq̄ cum ille in de salutaribus tractatu multitudinem sanguinis præcipuam mor-
borum causam esse arbitratus sit. Porro ego ea quæ dicebant iterum demiratus, illos de hac saltem
re interrogabam, num prorsus uenæ sectione non utendum censerent, uel cum quis pulmonis vl-
ceratione laboraret, uel synanches more præfocaretur, vel vbi menstrua purgatione, hæmorrhoi-
dibus ue suppreſſis, sanguis redundans ad partes thoracis propelleretur. Illi autem ad hæc respon-
debant, agrotos qui ab Erasistrato in commentarijs de diuisionibus descripti fuerant nobis in me-
dium adducentes: inter quos in primis Critonem quendam, ac puellam ex Chio oriundam, profe-
rebant. Et q̄ illum quidem a principio synanchicis cruciatibus correptum, atque vehementer re-
pletum, hanc verò menstruis retentis sanguinisq̄ multitudine versus pulmonem impetu delato,
Erasistratus (quemadmodum ipsemet in scriptis testatur) per uenæ sectionem nunquam curasset.
Cæterum cum illi hac adhuc loquerentur, superueniens Teuthras quispiam ciuis & commilito
meus, ut erat moribus planē ingenuis, Non flectes istos vnquam, inquit, ut qui eousque stolidita-
tis processerint, ut & illos in memoriā reuocent, qui Erasistrati opera interiēre. Quid enim, in-
quit, aliud in causa esse potuit, quod illi, quos nobis isti proponunt, perierint, nisi quod in eis præ-
termisum sit uenæ sectionis auxilium? Cur item alij permulti interiēerunt, qui per tempus euacua-
ri ab his prohibiti sunt? Et eos deinceps omnes vnā cum ipsis affectibus, quos perpeſſi fuerant,
quo-

* Al. tami

* asserēbantq̄

† Ve qui esse
eorū oim ma-
mor qua in li-
bro de sangui-
nis etc.

* inflammatione

Aquorumq̄ ego nō multo antea memini, nominatim ordineq̄ recensuit: ibi que in cachinnum effu-
sus manu me comprehendit, attrahens que inuitum a medicis abduxit. Quin etiam in sequenti die
Erasistrati de diuisionibus commentaria in publicum producta coram vniuerso philosophorum
coetu relegebat, partim vindicaret Erasistrati culpa & Critonem & puellulam illam Chiensem
perijſſe, partim verò vt medicos natu grandiores ad colloquium prouocaret: Verum illi quia de-
certare cum adolescente infra dignitatem illorum putabant, tum non comparuerunt: mox enim illo
tempore erat, vt aliquis quotidie palam ad publicas quaestiones responsa daret. Qualitum ergo a
quopiam fuerat, num Erasistratus recte fecerit q̄ venæ sectione nunq̄ sit vltus. Hoc problema, quā
do ita visum erat ijs qui eō audiendi causa conuenerant, ego explicauit: propterea q̄ Teuthras hor-
tabatur me, vt ea quæ illic locutus fuisset, puero quem se ad me missurum receperat, dictare non
grauarer: quia breui in Ioniam abnauigaturus erat, ardentiorēq̄ animo velle se ea prorsus habere
dicebat. Ego itaq̄ amicis consilijs acquiescens, sermonem illum scriptis mandauit. Porro accidit vt
liber per illum passim diuulgatus per multorum manus præter sententiā meam vagaret̄. At qui
oratio † familiarī doctrinæ magis, q̄ † publico cuiq̄ operi quadrans, contexta erat: amicus. n.
ille, vt præfatus sum, eā dictari tñ cupiebat. Quanq̄ aut̄ liber † iam humili stylo cōscriptus esset,
B multis q̄ defectibus respectu perfectæ orationis scateret, tñ eo ipso ille multo maiora effecisse vide-
batur, q̄ sperare quis potuisset. Omnes etenim ijs, qui sese hoc tempore Erasistrataeos vocant, con-
trariam priori rationem ineuntes, iam inde venam secare consulunt, non solum cunctis ijs quos
paulo antea commemorauit, verum etiam quauis febre correptis. Quapropter iuxta Sclithori di-
ctum arbitror me apud illos palinodiam aliquam emeruisse, in qua eos cum primis admonendos cē-
seo, vt in sermonum commercio quantūcūq̄ velint contentiose se gerant, deposita tñ in vtranq̄
partem propensionis temeritate agrotis parcere discant. Neque enim venæ sectio inhibēda est per
omnia, neq̄ rursus illos, quibus Erasistratus inedia iniungit, omnes (id quod huius temporis Eras-
istrati vniuersi asserunt) venæ sectione egere arbitrandum est. Huc accedit q̄ non facile cognitum
sit quibus omnibus huius auxiliij vsus conferat: tum vel mensura, vel vena quæ secari debet, vel se-
ctionis tempus, non sine negotio reperitur: proptereaq̄ illam in quouis morbo Erasistratum pu-
to adeo neglexisse, vt & in illis qui eā magnopere requirere videbant, ille ipsa vti vetuerit. Et hinc
sanē per inflammationis tempus in inedia, vt aiunt, agrotos degere iubens, hæc ad verbum scri-
bit: Venæ enim posteaquam euacuatæ fuerint, sanguinem qui in arterias insiliit facile suscipient:
quod vbi contigerit, inflammationes minus accidunt. Si ergo incediam, inquit illi, velut euacua-
torium auxilium præcipit, multo sanē commodius ad venæ sectionem sese contulisset. Et q̄ quidē
ipse, vbi celeriter euacuare cupit, multo commodius ad venæ sectionem transiisset, probē illi di-
cunt: nihilominus tamen hoc loco scopos qui illius vsus aliquando impediunt, prætermiserunt:
quos ego processu sermonis recensere conabor.

Quam Dissentiant Erasistrati in ipsa Erasistrati de Venæ sectione sententia percipienda. C. A. P. 2.

Varietur verò nūquid absolute factū præstantius sit, verum an Erasistratus præsidium hoc
aliquū vsurpasse reperitur. Hoc autē cum ego Romam primum appulissem, omnes qui ex
Erasistrati discipulis erant, antea negabant: nūc verò probatissimi quos ego noui, ab his tan-
quam in re minima discrepare manifeste animaduertuntur. Vt enim cæteros præteream, Stratonē
ipsum tibi in memoriā redigam, qui Erasistrato erat summa necessitudine iunctus, ac eam ob rē
cum in patriam scriberet, & seruauisset se illi hæc tenus diceret, inter alia hæc subiungit: Erasistratus
iure optimo laudibus extollendus est, præcipue q̄ ea omnia quæ veteres per venæ sectionē cura-
re conati sunt, ille citra illius vsus medicatus est. Quāquam vel Strato ipse, curandi rationes
abique venæ sectione instituisse in commentarijs suis aperte fateretur. Neque verò mirū est q̄ Era-
sistratus Chrylippi Cnidium in omnibus sequat̄, quippe qui statuerit se venæ sectione (id quod &
ille fecit) non vsurum. Idem quoq̄ & Aristogenes & Medius ceteri q̄ oēs, qui Chrylippi sententiæ
subscribunt, fecisse videntur. Quantum ergo ad agrotantium salutē attinet, multo melius est si cre-
damus q̄ Erasistratus vsus sit venæ sectione: quantū autem ad huius seculi Erasistrataeos, id nō cre-
dere longe præstiterit. Exrema enim dementiæ esset, si quis Erasistratum ea propter in affectibus
paulo ante enumeratis venæ sectionem silentio præterijſſe putaret, quia ille alioqui venas euacuan-
das palam cenſeat, hūc q̄ totius curationis scopum statuisse alicui videatur, eō q̄ illum in quibusdā
affectibus famem consulere animaduertit: nanq̄ aperte constat istud euenire ijs qui venæ sectio-
nis auxilium, parem ipsis inedijs facultate obtinere dicunt. Quod si tantundem non valeat, & quas-
dam distinctiones necessario postulet: quas inuestigare poterit is qui exacte perdiderit, quando
ipsam euacuationem vel per venæ sectionem, vel per inediā solam, vel per vtranq̄, commodius
facere liceat: iam euidenter ratio eos conuincit. Scripsisset etenim Erasistratus distinctiones has, si
modo, vt isti volunt, venæ sectioni tribuendū quicquā putasset. Eo q̄ pacto oratio istorū in vtranq̄
partē inclinando se ipsam prodit. Si nanque hæc eadem facultate pollet, Erasistratus & in tractatu
de febribus, & in alijs plerisq̄ quorum superius commemorā, de venæ sectione aliquid scribere nō
temere posthabuit. Si verò venæ sectionis præsidium eandem cum inedia dignitatem non obti-
neret, non recte illi sentiunt, qui nos ex ijs quæ de inedia scripta sunt, de venæ sectione quoque con-
fecturam

A † ἀναοικον-
πίη.
Α† συγγρημα-
ματι.
C † παροδύοις
δὲ

* nunc nō quid

A* Et sane
nel & c.
B* semper
C* videtur

Atque Græcis i seaturam facere debere aiunt. Quamvis & in hac parte sermo ipsorum inedia inuile esse indicat, & se ipsum denuo implicat. Nam si ob id inedias euabamus, quod uenis per eas euacuatæ affectus minui contingat, multo hercle commodius fuerit, ut euacuatione semel adhibita ab inedijs abstineamus, ut quæ & agrotos ingenti molestia afficeret, & vigilas ac inquietudinem, orificij quoque ventris afflictionem, tum succorum corruptionem, nec non alui atque interdum urinae suppressionem inferant.

Neque in Puella Chienfis, neque in Critonis historia Venæ sectionis ab Erasistrato habitam fuisse mentionem, sed utrosque quod ea omissa sit interijisse. CAP. 3. Quid autem Erasistratus re ipsa venæ sectione nunquam sit usus, ex agrotis quos in commentarijs de diuisionibus recensuit, manifeste colligere licet: in ijs enim cum omnia ea explicet que inter medicandum vniuersim gestisset, venæ sectionem nullibi reperiri commemorasse. Cæterum cum prolixum sit omnes per illum recitatos agrotos nunc proferre, sufficit eorum tantum recordari, qui vel à grandioribus natu medicis, ut antea declaratum est, adhuc in memoria habentur, præcipue que cum vnus ex illis in priore, alter ite in posteriore diuisionum libro, descriptus sit. Præterea comoda occasio est, ut impræsentiarum verba ipsa adscribamus, quibus Erasistratus cuncta que circa agrotos acta sunt ordine enumerat, in hunc modum in libro priore scribens: Puellule Chienfis ea acciderunt. Primum quidem illi purgationes longo tempore suppressæ fuerant. Deinde subsecuta sunt tussiculæ, vna cum reiectione pituitæ. Processu vero temporis & sanguinis viciatus superuenit. Tum quod ad circuitum purgationum atinet, interdum illæ in quatuor, interdum duobus mensibus, redibant. Etiam ipsidem ferme diebus quibus purgationes fiebant, ipsa reiectione accideret solebat, diebusque tribus aut quatuor perdurabat. Quapropter inde perspicuum erat illam id genus excretionem loco purgationum sortitam fuisse: quæ nam & febricula ijs ipsis diebus insecuta fuerat: quæ posthac emendabatur. Hæc Erasistratus præfatus, deinceps de remedijs hoc pacto scribit: Primis autem temporibus ipsa potionibus, & cæteris que calfactorijs, deinde etiam per extrorsum applicata, reliquam que adeo quæ ad hoc quadrabat vitæ rationem medicari cepta est. Erat enim circuitu vterius non intensa durities. Verum cum remedia nihil omnino promouerent, ac vno perpetuo circuitu grauitas in lumbos incumberet, humiditasque nulla compareret, illico febres continuæ intensiores que prioribus exortæ sunt, quas & tusses vehementes, postquam corpus iam mollis factum esset, insecutæ sunt. Altera igitur die periculosum arbitrati durantibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinuimus: reliquis vero remedijs vsi sumus: quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medendi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. Ea quoque ratione reiectione sanguinis non amplius, se mel eademque pauxilla superuenit. His ille nihil aliud superaddidit, nisi, quin etiam purulentæ reiectiones profuebant. Atqui hic de venæ sectione mentio nulla est, cum tamen, prout omnes operum ipsius artis periti norunt, principium auxiliorum ab illa fecisse oporteret. Sed fortasse quis ex illorum numero, qui ad omnia non grauantur, prompte respondere, defensionis Erasistratum dicet, quod remedia huiusmodi per illum administrata non sint, verum potius ab eo gratia nunc prodita esse, quod nos nihil eorum latere possit, quæ acta essent. At opinionem istorum redarguit id quod inferitur, dum hæc ait: Altera igitur die periculosum arbitrati durantibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinuimus: reliquis vero remedijs vsi sumus: quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medendi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. In his enim Erasistratus aperte indicat se non aliorum medendi rationem recitare, sed suam ipsius enumerare, atque omnia que circa agrotam fecisset per scribere. Nam & abstinuimus, & arbitrati, nec non vsi sumus, ac obseruato, & subtrahebamus cibaria, alterum ex duobus manifeste declarat, aut quod Erasistratus propria remedia recitauerit, aut ea quibus alij vsi sunt, ipse fuerit amplexus. Porro si ea amplexus est, quorum alij authores fuerunt, iam nobis euidenti coniectura colligere licebit, quid ille de venæ sectione senserit. Per ipsam enim ciborum subtractionem rursus nobis alterum duorum insinuat, aut quod illa in totum subtrahit, aut diminui debeant: id quod Erasistratus se in muliercula hac agrotæ, quo tempore purgationis circuitus aduentabat, fecisse fatetur. Conueniunt ergo hæc in hac re cum omnibus scriptis illius, quod ille solam inedia agrotis seruandam consulerit, venæque sectione nullo in loco sit usus. Nisi rursus hic aliquid dicant, mulier illi venam quidem sectionem fuisse, verum id auxilium in enarratione omisissum esse, eod quod nos ipsi id adhibitum esse autumare possimus, quamuis per illum non sit declaratum. Cur ergo de inedia quoque non reticuit, cum de illa vel eadem ratione nobis suspicari liceret: Eadem autem ratio est, tum de potionibus, tum de supercalfactione, de quibus ipsa quæ foris applicata sunt. Si enim neque de his penitus Erasistratus quicquam scripsisset, tamen omnino quæ ea à medicis peracta fuissent, cogitare poteramus: quippe qui animo conceperimus vniuersis auxilijs illud commune esse, quod illa administrata fuerint, quamuis de eis nihil præscribatur. At Erasistratus exquisitæ perspicuitatis gratia omnia simul enarrare conlinit, ne, si nacta inde occasione aliquis hæc quidem, tanquam agrotæ adhibita fuissent, adscere posset: illa vero veluti iam prætermissa, subtraheret. Præterea quoque hæc Erasistrati enarratio, opinioni istorum euidenter repugnat. Si enim muliercula venæ sectionem subiit, inedia frustra est vsurpata:

Atque Græcis i seaturam facere debere aiunt. Quamvis & in hac parte sermo ipsorum inedia inuile esse indicat, & se ipsum denuo implicat. Nam si ob id inedias euabamus, quod uenis per eas euacuatæ affectus minui contingat, multo hercle commodius fuerit, ut euacuatione semel adhibita ab inedijs abstineamus, ut quæ & agrotos ingenti molestia afficeret, & vigilas ac inquietudinem, orificij quoque ventris afflictionem, tum succorum corruptionem, nec non alui atque interdum urinae suppressionem inferant. Neque in Puella Chienfis, neque in Critonis historia Venæ sectionis ab Erasistrato habitam fuisse mentionem, sed utrosque quod ea omissa sit interijisse. CAP. 3. Quid autem Erasistratus re ipsa venæ sectione nunquam sit usus, ex agrotis quos in commentarijs de diuisionibus recensuit, manifeste colligere licet: in ijs enim cum omnia ea explicet que inter medicandum vniuersim gestisset, venæ sectionem nullibi reperiri commemorasse. Cæterum cum prolixum sit omnes per illum recitatos agrotos nunc proferre, sufficit eorum tantum recordari, qui vel à grandioribus natu medicis, ut antea declaratum est, adhuc in memoria habentur, præcipue que cum vnus ex illis in priore, alter ite in posteriore diuisionum libro, descriptus sit. Præterea comoda occasio est, ut impræsentiarum verba ipsa adscribamus, quibus Erasistratus cuncta que circa agrotos acta sunt ordine enumerat, in hunc modum in libro priore scribens: Puellule Chienfis ea acciderunt. Primum quidem illi purgationes longo tempore suppressæ fuerant. Deinde subsecuta sunt tussiculæ, vna cum reiectione pituitæ. Processu vero temporis & sanguinis viciatus superuenit. Tum quod ad circuitum purgationum atinet, interdum illæ in quatuor, interdum duobus mensibus, redibant. Etiam ipsidem ferme diebus quibus purgationes fiebant, ipsa reiectione accideret solebat, diebusque tribus aut quatuor perdurabat. Quapropter inde perspicuum erat illam id genus excretionem loco purgationum sortitam fuisse: quæ nam & febricula ijs ipsis diebus insecuta fuerat: quæ posthac emendabatur. Hæc Erasistratus præfatus, deinceps de remedijs hoc pacto scribit: Primis autem temporibus ipsa potionibus, & cæteris que calfactorijs, deinde etiam per extrorsum applicata, reliquam que adeo quæ ad hoc quadrabat vitæ rationem medicari cepta est. Erat enim circuitu vterius non intensa durities. Verum cum remedia nihil omnino promouerent, ac vno perpetuo circuitu grauitas in lumbos incumberet, humiditasque nulla compareret, illico febres continuæ intensiores que prioribus exortæ sunt, quas & tusses vehementes, postquam corpus iam mollis factum esset, insecutæ sunt. Altera igitur die periculosum arbitrati durantibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinuimus: reliquis vero remedijs vsi sumus: quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medendi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. Ea quoque ratione reiectione sanguinis non amplius, se mel eademque pauxilla superuenit. His ille nihil aliud superaddidit, nisi, quin etiam purulentæ reiectiones profuebant. Atqui hic de venæ sectione mentio nulla est, cum tamen, prout omnes operum ipsius artis periti norunt, principium auxiliorum ab illa fecisse oporteret. Sed fortasse quis ex illorum numero, qui ad omnia non grauantur, prompte respondere, defensionis Erasistratum dicet, quod remedia huiusmodi per illum administrata non sint, verum potius ab eo gratia nunc prodita esse, quod nos nihil eorum latere possit, quæ acta essent. At opinionem istorum redarguit id quod inferitur, dum hæc ait: Altera igitur die periculosum arbitrati durantibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinuimus: reliquis vero remedijs vsi sumus: quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medendi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. In his enim Erasistratus aperte indicat se non aliorum medendi rationem recitare, sed suam ipsius enumerare, atque omnia que circa agrotam fecisset per scribere. Nam & abstinuimus, & arbitrati, nec non vsi sumus, ac obseruato, & subtrahebamus cibaria, alterum ex duobus manifeste declarat, aut quod Erasistratus propria remedia recitauerit, aut ea quibus alij vsi sunt, ipse fuerit amplexus. Porro si ea amplexus est, quorum alij authores fuerunt, iam nobis euidenti coniectura colligere licebit, quid ille de venæ sectione senserit. Per ipsam enim ciborum subtractionem rursus nobis alterum duorum insinuat, aut quod illa in totum subtrahit, aut diminui debeant: id quod Erasistratus se in muliercula hac agrotæ, quo tempore purgationis circuitus aduentabat, fecisse fatetur. Conueniunt ergo hæc in hac re cum omnibus scriptis illius, quod ille solam inedia agrotis seruandam consulerit, venæque sectione nullo in loco sit usus. Nisi rursus hic aliquid dicant, mulier illi venam quidem sectionem fuisse, verum id auxilium in enarratione omisissum esse, eod quod nos ipsi id adhibitum esse autumare possimus, quamuis per illum non sit declaratum. Cur ergo de inedia quoque non reticuit, cum de illa vel eadem ratione nobis suspicari liceret: Eadem autem ratio est, tum de potionibus, tum de supercalfactione, de quibus ipsa quæ foris applicata sunt. Si enim neque de his penitus Erasistratus quicquam scripsisset, tamen omnino quæ ea à medicis peracta fuissent, cogitare poteramus: quippe qui animo conceperimus vniuersis auxilijs illud commune esse, quod illa administrata fuerint, quamuis de eis nihil præscribatur. At Erasistratus exquisitæ perspicuitatis gratia omnia simul enarrare conlinit, ne, si nacta inde occasione aliquis hæc quidem, tanquam agrotæ adhibita fuissent, adscere posset: illa vero veluti iam prætermissa, subtraheret. Præterea quoque hæc Erasistrati enarratio, opinioni istorum euidenter repugnat. Si enim muliercula venæ sectionem subiit, inedia frustra est vsurpata:

vsurpata: quin potius si veritas fatenda est, non frustra solum, verum etiam non sine noxa. Sed istud paulo post indicabimus: Nunc vero illam frustra accersitam esse, ut explicemus oratio ipsa postulat. Postquam enim per tempus purgationis, quæ circuitu quodam fieri solebat, sanguine ad superna perlato periculum immineret, ne mulier quæ sanguinem expueret, Erasistratus plenitudinem minere cupiens, ad inedia se contulit: atqui hæc superuacanea planè est, si modo venæ sectio qua momento temporis sanguinem superfluum euacuare facillimum fuerat, accessatur. Proinde illi qui Romæ mulieres medebantur, rei quæ contigerat experientia maxime commoti, tempore quo eruptio menstruorum futura expectabatur, venæ sectionem vsurpabant. Neque vero quicquam illis imperabant, neque ieiunium, sed melicratum offerebant, victuque humectante ac laucris affatim uti concedebant. Ab his enim si vel mediocri quantitate sanguis fuerit subtractus, purgationes conestim exoriri solent, præsertimque si infra poplitum aut prope talum venæ sectio fiat. Sed è diuerso si quis vena secta inedia sustinere imperauerit, non solum menses prius fluentes cohibebit, verum etiam purgationes quæ iam inculpate euacuabantur, reprimet. Sanguis namque ciborum inopia arefit, & detior se ipso redditur, eamque ob rem ad flendum ineptus euadit. Quæ igitur tum lotæ fuerint, melicratumque & cibos idoneos assumpserint, ac vinum neque austerum neque crassum biberint, his purgationes proculdubio contingunt. Ob id quoque ego inedias post venæ sectionem non frustra tantum, verum etiam non sine noxa alium dicebam. Cæterum venæ sectionem puellæ illi Chienli non adhibitam fuisse et ex ijs quæ superuenerant, patet. Sanguinis enim aliquantum expuebat, quem nequaquam expulset ei euacuationem expecta fuisset: demum cum præspirandi difficultate mortua sit, ne hoc quidem sic perpessa fuisset. Maximum præterea experimentum Romæ nostra tempestate à venæ sectione est sumptum. Contigit enim cum vulgo mulieres aquam frigidissimam ex niue potarent, ut aut nullo pacto, aut prorsus diminue purgarentur: has tamen medici venæ sectione adeo incolumes conseruauerunt, ut neque sanguinem spuerent, neque laterali inflammatione aut pulmonis aut synanche caperentur. Non ergo puellam illam Chiensem ab Erasistrato per venæ sectionem curatam fuisse suspicentur: neque enim ipse cum alia quauis enarraret, auxilium venæ sectionis, tanquam rem parui momenti prætermisisset. Neque et ob inedia ille, hæc aut multitudinem sanguinis prælocata interijisset. Sed de hac impræsentiarum illa dixisse sufficiat. Translato vero ad Critonem sermone, orationi huic verba Erasistrati adscribemus, quæ de illius affectibus fecit: sic enim habent: Critoni quidem repletio, initium agritudinis fuit. Accessit ad hæc quod in plenitudinem synanchicam iam inciderat, quæ sanè nihil aliud est quam parillhmiorum ligula, quæ inflammatio. Præterea quoque contingit, ut qui in eam inciderint, suffocentur, ac nisi celerrime illis succurratur, breui intereant. Cum autem Crito quoque in horum numero esset, prima quidem die illum more consueto spongijs calfacientes medicati sumus, eoque tempore cataplasmata illi applicata reliquimus, ut in curatione perpetuo essent. Exhibita et ei sunt cataplasma ex castoreo ad alium eiendam, quæ his comode subducta est. Neminem non animaduertete arbitror diligentiam narrationis omnium eorum que circa Critonem acta sunt. Nam & callæctionem per spongas factam, & vsum cataplasmatum & catapotiorum retulit, adeoque quod per spongas callæctus sit manifeste declarauit, ac reliqua ut ordine gesta erant studiose enumerauit: de venæ autem sectione ex compulso siluit, nempe quod auxilium istud egeris vilius putauerit. At tenuia illa quæ in his enarrationibus continentur, commemorare mihi nunc in regum non est: quanquam Erasistratus ipse rursus paulo post ait, Apparebat itaque nobis quod affectus ipsi ad pulmonem heparque, & permutari incepissent, & synanche iam illuc delucret, eoque febris auergerentur. Hoc loco affectuum permutationem sine hypochondriorum tensione factam esse arbitratus est: vbi quam diligentissime animaduertendum censo, considerandum que quale illud sit, quod tibi in dictione hac occurrat, qua affectus permutari incepisse ait: tum, si ad partes quæ inflammantur permutatas pertineat, an ad sanguinis qui inflammationem concitauit transfluxum. Mihi siquidem primum ex prædictis ne cogitari quidem posse videtur, alterum autem illorum verum esse constat, nam & ego multitudinem in aliquam partem decumbentem sepius cohibui, quæ illa propria virtute deinceps in aliam quamuis repellendo transponit. Illud ergo Critoni contigisse apparet, verum tamen neque tum temporis Erasistratus venæ sectionis vniuersim meminuit. Sed cur se totum thoracem vna cum hypochondrijs ipsis, cataplasmatum fouisse ait? Quemadmodum autem ex partibus quæ circa ligulam & tonsillas sunt, sanguinis exuperantis permutatio ad loca inferiora fiebat, ita quoque illo ex inferioribus ad caput sursum perlato, contingebat partim febres excitari, partim aggenerari symptoma, quo principium neruorum affectum esse indicabatur. Audi itaque & hæc Erasistrati sententiam: Cum autem ab agritudinis principio iam decimus dies adesset, ac ab instantia sextus, quo tum febris vehementi insultu redijt, tum obuertio cervicis accidit, & vna hora transacta tanta insensibilitas hominem inuauit, ut & lotium per lectum emitteret: non multo quoque postea instantia febris aderat. Deinceps inferens ait. Videbatur itaque nobis quod affectus rursus versus caput permutari incepissent, ac circa hanc permutationem febris redijisset, quæ postea cum iam partes capitæ vicinæ afficerentur, intensa permanebat. Atqui vel nos aduersus hominem sequenti sermone insurgamus. Rectissime tu quidem Erasistrate dicis, affectuum permutationem ad caput factam esse inquietens: multo vero melius fuerat, si non quorumuis affectuum, verum eorum qui à plenitudine causantur, dixisses: ut enim corporis affectas partes

Al. ex antiquis, et synanche quide illi allui arerit febres aut auergerentur. Al. ex antiquis, si non affectum dixisset, sed ipsius affectum causasse, hoc est plenitudinis. Al. ex antiquis, et synanche quide illi allui arerit febres aut auergerentur. Al. ex antiquis, si non affectum dixisset, sed ipsius affectum causasse, hoc est plenitudinis.

partes permutari incepisse nemo dicere possit, ita neque ipsos affectus. Arbitror enim quod multo consultius diceret, qui euilisse quidem priores affectus, alios vero eam permutata exortos esse, a t que in principio totius narrationis eadem ratione qua & repletio ipsa, aderat. b t que si ipse euacuasset, neque vnquam morbus earum rerum qua circa ligula impactae erant, permutationem ad infernas partes motus fuisset, neque e diverso illa deinceps versus caput ferri potuissent. Quapropter Critonem hunc eodem pacto, quo & ancillula Chienlis interierat, quia illi vena secta non fuisset, mortuum esse constat. Sed istud quoque Erasistratus ipse per se animaduertit: t neque, n. alia ob eam ait, qd huic interitus ea fuerint ea qd ad pulmonem delabebantur: & qd statim ab initio homine plethorico affectu implicitu esse cognouisset, tñ maximo ductus errore haec euacuare non praeuenit. Si igitur adstruere quisquam velit, Erasistratu, & qd peritissimus medicus esset: & affectus illos tñ Critoni ex repletione, tum puellae Chienlis ob menstruum retentione, contigisse compertu haberet: subtractionem sanguinis nequaquam praetermisisset, quin potius vtriusque sanguine subduxisset, verum id in enarratione consulito praetermisisset: quid me dicere, quaecumque illud ex euacuatoris remedijs sit, applicatu quidem agrotis id esse, in enarratione nihilo minus non esse recitatum: Ecquis, n. sana mentis medicis ferre me non posset, si diceret symptomata illa, qua vsq; ad mortem apparebant, propter plenitudinem illis accidisse, interitu aut ipsam non alia de eam insecutum, nisi qd plenitudo euacuata non fuisset: Quis et ferret istos qui dicunt, qd ex ijs que Erasistratus egisset, minuta tñ perscripserit: at de venae sectione, ea qd qua per elleboru scamoniam ue fit purgatione, quia haec auxilia p se clara sint, nullam mentionem fecerit: At qui si quis sola coi snia, qua repletionem euacuandam esse indicatur, venae sectionem significari asserat, vt que etiam inter euacuatoria remedia annumeretur, quid inhihet eadem lege, alia cuncta euacuatoria praesidia intelligi? Ne ergo amplius ab Erasistrato solum venae sectionem agrotis adhibitam esse dicant, verum reliqua quoque cuncta, puta clysteres, vomitiones, purgationes, lauacra, exercitia, frictions, gestationes, inunctiones, d calcfactoria cataplasmata, caeteraq; id genus, quibus omnibus ille aliquando vti potuerat. Si vero non hoc solum sufficit, qd euacuandus aeger sit, neq; istorum auxiliorum is finis exiit: sed in primis e modum euacuationis adhaerere, posteaq; quibus rebus haec adamuissim indagetur declarare, ac his occasione & mensuram & vtendi rationem addere opus sit: sequitur sane qd qui saltem de scopo auxiliorum comuni verba fecerit, is non dum vlla ex parte particularium meminisse potuerit. Si enim comune quid protulisse suffecerit, frustra ille cata plasmatum, inediae, calcfactionisq; per spongas factae, mentionem habuit. Si quidem neque cataplasmata, neq; inedia, nisi ab eo didicerimus, nostra opera inuenire possumus, venae autem sectio, Erasistrato quoque tacente, vnicuique manifesta est.

Ex ijs que in Sanguinis detractioe Considerari solent, cum ab Erasistrato in minimis aliquo curioso omissa sint, Conuinci illum ab ea prorsus Abstinnisse.

CAP. 4.

Sed quibus illis istud quis concesserit, absurdum cum sit, tñ ei qui auxilio hoc eodem vsus est, multae etiam nū, eademq; pergrades considerationes supererunt. Inter has aut. Prima est, an, quemadmodum aliqui sentiunt, qd libet venae semper fecare nihil differat, aut propriae venae in singulis affectis partibus contineantur, qua ipsarū plenitudinē q; celerime euacuare possint. Secunda vero, vt vtrū semel aut saepius subtrahere conueniat. Tertia item, qua ratione in his intentiones inuestiganda sint, quas vbi quis exquillite considerauerit, mensuram euacuationis coniectura assequi possit. Quarta, in qua de occasione, ad qua in primis venae sectio fienda est, num. l. ea eligibilis sit, per demonstrationem docetur. Qui igitur a venae sectione prorsus abstinet, apud hunc harū rerum omnium consideratio perit, e medioq; tollitur: eam autem adhibenti, vt omnia ista sequantur necesse est. Quamquam & in reliquis omnibus praesidijs eadem est ratio, veluti veratri, scammonij, vini, lauacrorū, cibi que. Si, n. in agrotis curandis aliquo ditorum nobis vti nequaquam conceditur, tñ neq; occasio amplius, neque quantitas, neq; vtendi modus, neq; quicquam aliud ad inuestigandum reliquū fiet: At ille qui vsum istorum probat, haec omnia discutere necesse habet, id q; non solum in efficacibus auxilijs, in quibus si vel parui momenti quid praetermittatur, confestim maxima noxa agrotis imminet, verum etiam in minimis quibusque: saneq; ita quotidie euenire videmus. t Proinde si quis medicus homini agroti gratificaturus auxilium aliquod describit, is neque omittit occasionem qua nutrire ipsum iubet, neque cibum facultatesq; ipsius non determinat: neq; vel quantitatem, vel paradi modum, vel vtendi ordinem reticet: quin potius vnum quodque horum illis qui tum ibi adsunt, quo pacto id fieri debeat, singulatim explicat. t Quin etiam plerique in libris passim describunt, qua ope quibus ue auxilijs omnia haec administrari soleant: quorum non nulli quibus alioqui prolixitas sermonum cordi non est, in huiusmodi enarratione orationem protrahunt, idq; genus disciplinae non multiloquium, verum diligentem solertiam, esse putant. Hippocrates et cum in plurimis suis operibus breuitati summopere studeret, tamen quod ad venae sectionem attinet, non est grauatus scribere, tum partem corporis in qua vas secari oporteat, tum euacuationis mensuram, vna cum occasione ipsa. Erasistratus autem; quem affectae nunc sui venae sectione vsus fuisse praedicant, multiloquus fuerit licet, tamen, vt ego paulo post indicauero, principio venae sectionis nomen alijs; praesidijs

A t Forte legendum in graecis codicibus, tis n, os autos en ap- xñ tñs dñs d m hōseos ē- qu, πλυλόρα, i. q sanē erat (ut ipse in pte apitolotus narrationis dicebat) repletio.

B t Huc locū clarum ita uertere. Et sic igitur si euacuasset, id quod ad ligulam fluxerat, nequaquam ad infernas partes permutacione fecisset, nec rursus illic ad caput ascensisset. Scias autē ubi in presens legitur e nūuo i antiquis esse in cōdeu.

C t Clarum. Quid. n. ait huic uidentur eā ueritate fuisse ea, qd in pulmone irruerunt.

D* Al. Enpatovra i. excitantia.

E* τρῶπον. i. modū, sed forte legendum τῶπον. i. locū, ut ipse et inferius manifeste declarabit.

F t Antiqui codi. graeci habent οὐδεις γούν εἰπὼν ἰατρὸς, ἀγρῶπος αὐτὸς τρεψίτρο, χαρῆται & c. ut sic ueritatē. Nullus igitur medicus, qui dixerit, hō hic nutriatur, vē gratiam facit, qui occasione et non datat, qua nutriendū esse laborantem iubet: neq; cibum ipsum praesinat, neq; quantitatem, neq; parandi modum, uel ipsum utendi ordinem. G t Clarum ex antiquis. Proinde et omnes in auxilijs qua administrari iubent, omnia haec ex ordine in libris scribunt.

A si dijs ne adscribere quidem dignatus est: deinde etiam omnia qua iam recitata sunt, ut pote tempus, mensuram, ualis situm, vtendi q; rationem praetermisit. E contra vero qua ratione & offa insperfa, & cataplasmata agroti offerenda sint, perscribere non est veritus: immo neque olerum decoquendi modum silentio praeterendum putauit. Audi itaque qua ille in opere t de alui curatione scribat: Prima quidem adfectione farina crassiuscula, tosta ac probe quassata, offerenda est. Cui aut illa offerre uolueris, in uasculo aliquo frigido infusam, ac qua commissa exhibeto, non vna vice uersum id quod daturus es, verum bis aut ter commiscens, ne offa arida effecta ac solutioni inepta, multum humiditatis suscipiat: nullum enim horum confert. Ad edendum vero danda sunt assatum cichoria in aceto non acri infusa, ac inter cibos consumenda, solidaq; ea decoquenda, duas oleras praeparando: & in prima quidem iniecta illa decoquere oportet: postquam autem probe admodum cocta fuerint, ac in altera olla qua iam bullierit, transferre ipsa in eam conuenit. Verum cichoria reuincta sint, vt facile quouis transferri possint. At ubi ad perfectum cocta erunt, tum aqua effusa, sale oleoq; condienda sunt, exhibenda que vt offerantur. Nū ergo putas quicquam adhuc scribi posset curiosius, ab hoc praesertim qui adeo tenuia considerauit, vt & admonere operapretium duxerit, qd cichoria, quod facilius hinc inde transferri possint, vincire oporteat: Patet enim cuique qd ea qua soluta sunt, non facile transferri quouis possint, ob idq; non solum nos qui medicam artem profitemur, verum & coquos olera elixantes curae habens, ipsos quo pacto illa liganda sint, edocuit. Eodem que animo est praeditus, licubi vel cataplasmatum alicuius conficiendi modū tradit, vel tot itadia in ambulare, vel toties perfricari, aut aliud aliquid huiusmodi iubet. Ob qua omnia plerique illius superfluum curiositatem non solum t non laudant, verum & vituperijs incessunt, tanquam qui modum terminos que constituerit, quantitate in infinitum sese extendentes. Quis ergo credat hunc, qui tantopere alioqui curiosus sit, vt alijs auxilijs, sic & venae sectione vsus fuisse, cum de illa non alibi, nisi semel, vbi de sanguinis reiectione agit, mentionem fecerit: At qui ille neque tum ea vsus est, sed omnino e contra, Chrylippi, eo qd venae sectione nequaquam vsurpauerit, sum mopere laudauit, t in superq; demonstrationes quasdam attulit, quibus Chrylippi de venae sectione dogma modis omnibus asserere conatur. Nā hic illam magis sanguine spucentibus, qd ijs quibus aliqua corporis pars inflammationi obnoxia est, quadrare dicit. Caterum de hac quoque re alio loco dicitur: Nūc vero quod antea cloqui exorsus erā, repetendū est, qd Erasistratus, t quali alioqui vniuersos suos sermones in immensum extrahere non consueuisset, & bis ter que interdum in diuersis operibus eandem sententia replicasset, illis tamen vel semel quinque syllabas adscribere cōtēpit, quibus interpolitum caeteris auxilijs phlebotomia, i. venae sectionis nomen enunciare sibi integrū erat. Taceo hic, qd & quantitatem illius, vt in alijs fecit, & tempus, reliqua que euismodi, prout superius significatum est, indicare omnino debuerit. Proinde non nulli medici fuere, qui quantitatem euacuationis, signis quibusdam definerunt, veluti si vel color, vel tenor, vel sanguinis fluxio mutetur, aut pulsus tempore subtractionis ex debilitate collabantur ac sudores prorumpant, aut ea qua aliqui labores vocant, aut denique vomitus vehementiores, exuperantes ue alui defectio- nes appareant. Alij etiam ad animi defectione, euacuationem producendam putant, praesertim qd liquid in illa pro euacuationis portione cōtingat. Nam & ob id bilem pituitam ue, cum ea in os uentris influxerint, per saepe animi defectionem manifeste fieri videmus. Aliqui item tum coloris in toto corpore permutatione, tum pulsum alteratione, commoderatam subtractionem coniectantur: eam que ob rem modis omnibus illos improbant, qui arbitrantur multo consultius esse, vt considerata ex certis indicijs noxi humoris natura, denuo redeatur ad illius euacuationem, qd si eadē semel copiosa fiat. Nec defuerunt quidā, qui et constitutam quandā mensuram illius proponere aude- rent, perinde quasi duabus heminis atticis, aut paulo plus minus ue moderata subtractio circūscriberetur: quippe cum ex commoderata proportione, adhibitis ad id & aetate hominum & natura, D & tempore anni & regione, nos ipsi maius minus ue cuique quadrans inuenire possumus. Quare & Erasistratus certum nobis numerum frictions tradit: quo et si ab exquillita illa mediocritate aberrauerimus, nullam tamen notabilem noxam incurramus. Mensuram autem de venae sectione nullā planē protulit: nam, fat scio, de uenis qua incidit solent, nō pauca scripserit, maxime qd cum & Hippocrates tum eius, qua infra popliteum propē que talos est: tum illius, qua vel in fronte recta est: vel earum, qua sub lingua existunt, frequenter meminerit. Praeterea hoc loco referre non est opus, quantum ad uenas circa cubitum attinet, quod neq; Erasistratus reticisset, num illae omnes in omnibus morbis secandae sint, an quemadmodum Hippocrati placet, aliae in alijs. Eius enim, qui tam diligenter omnia scriberet, proprium officium fuerat, siquid in hoc praesidio a germana mensura discreparet, ad certos terminos redigere, ac quam sententiam in uenis explicandis haberet, id quod & alij medici factitarunt, adscribere. Quidam enim nihil interesse dicebant quancunque venam quis incidere uellet, vt quod ex vnaquaque aequalis totius euacuatio fieret. Rursus alij ingen- tem vel in hac re diuersitatem contingere censebant: nam aliquas ipsarum celerius, aliquas autem longa temporis mora affectam partem euacuare asserbant. Cum igitur ille nihil tale scripserit, nec venae sectionis scopos declarauerit, clare vnicuique patet eum vniuersas has rationes ideo inter- misisse, quia praesidio hoc nunquam sit vsus. Perinde enim vt qui nunquam in agroti aliquo cata-

* τῶπον. t τρεψίτρον. i. de alno. de hoc libro Gale- nus et memi- nit. G. Aph. s. non multum.

t Al. ἀμα- λῶτος. i. negli- gunt.

t Al. ex anti- quis. Insuper demonstratio, que Chrylippi de uena sectio- ne dogma asse- rere uidetur, nō magis eorū qui sanguine spucent, est cōis, quam a- liorum omnium, quibus aliqua corporis pars phlegmone la- boratura sit. c. ceterū & c. vide etiam su- perius pag. 5. c. d. & infra pag. 13. a. b

cataplasmata expertus est, is & differentias ipsorum & conficiendi modum, & occasionem ratio-

Erastriatum Hac etiam ratione a Venæ sectione Abstulisse, quod in februm, ac inflammationum cura

Verum eiusmodi rerum nihil scribere, ac vsum omnem auxilij de medio tollere, in eo præfer-

Errare etiam quam maxime Erastriatos, ac ipsi Erastriato Adversari cum

Ceterum si adolescentes, qui neque de venæ sectionis mensura, neque de venarum secādarum

Acertunt, ne eas in posterum penitus fecent. Ut enim Plato ait, Minus aberrare eos consentaneum

Ex eisdem Erastriati verbis, que ab eius Sectatoribus adducuntur, Coniuncti quod

Præterea ne illud quidem minus clarum est, q Erastriatus venæ sectionem neq cum inedijs,

Al. non veritatem, sed Erastriatum. B. Vide supra pag. 5. d. quo locus hic illic legatur. C. Al. ex antiquis. Sic sermo, non quia spunt sanguine, iccirco prohibet veni la baribus fecit, sed quia ipse inflammatio suspicatus sit, sequitur esse, in qua ait, offerre quod de hoc est dare cibaria, non est facile: et vero qui post venæ sectionem longo tempore sine cibo permansit, periculum est ne vires exoluantur. Ne que hoc loco ad sanguinis etc. D. Post sectionem venæ. Et que phlegmone facturus erat, quantum nobis etc.

rum clamoribus nemo loqui quicquam possit, eiusmodiq; finem congressuum statuunt. Sed nos E
 inpraesentiarum eum non quarimus qui conuicia spargenti vices referat, verum in primis quide
 num Erasistratus venae sectione aliquando sit vsus: Secundo autem, quas nam hoc auxilium vires
 habeat, indagamus. Atqui horum vtriusque proprie habentur demonstrationes. Quod enim Era
 sistratus venae sectione non sit vsus, testantur & monimenta illius, & discipuli fide dignissimi, Chry
 sippiq; vniuersum auditorium: Caeterum de auxilij huius facultatibus non eadem est ratio: nam
 de his enunciata quaedam quam verissima, nec non & conclusiones selectae afferuntur. Praeterea si
 quis illis quoque posthabitis, solum rerum ordinem sequi voluerit, vel sic scripta Erasistrati, quia
 nihil tale in his proditum sit, modis omnibus periclitabuntur. Reputa igitur haec in animo, praeser
 tim exordio illinc sumpto, vbi ille in de reiectione sanguinis Chrysiippum laudibus extollens, q lo
 co venae sectionis membra vinculis excipere consueuisset, haec ad uerbum scripsit: Hoc ipsum au
 tem facere uolunt ij, qui sanguinem reijcientibus uenam secant. At Chrysiippus multo consultius
 agit, vt qui non solum id quod instat praeculis habeat, verum & impendentis periculi curam ge
 rat: adharet enim his tempore reiectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile
 est, a uenae autem sectione inedia longo tempore toleranti, ne uirtus illius exoluatur, periculum
 imminet. Atqui hic causam non adiecit, ob quam tempore inflammationis inedia iniungat, vtpo
 te quae ab illo declarata est, cum in hanc sententiam scriberet: Consequens est q uulneratis circa in
 flammationis tempora nihil sit offerendum: uenae enim euacuatae, sanguinem qui in arterias infil
 rit, facilius suscipient: quod vbi contigerit, inflammationes minus contingent. Quapropter ille in
 edias tempore inflammationis ea causa laudat, quia illae uenas euacuent: verum si ambas has sentent
 ias in unum redegeris, sermo integer talis erit: Chrysiippus sane recte fecit, qui non secuerit uenam
 ijs qui sanguinem reijcebant, eo quod illi paulo post euacuatorio auxilio, puta inedia, indigebant.
 Praeterea idem iste sermo si compendiosius quoque dicatur, eiusmodi erit: Sanguinem reijcientibus
 nequaquam sunt euacuandi, quia paulo post inflammatione ingruente euacuatione opus habebunt.
 Etiam vero clarius is hoc pacto explicaretur: Ante inflammationis tempus uenas euacuare non li
 cet, ipsis qui ppe euacuatis inflammationes cessant. At sermo iste euidenter sibi ipsi repugnat, nisi
 si quis suppetias illi laturus, duo haec temere adijciat, quod uidelicet satius sit vt corpus per inflam
 mationis tempus euacuetur, non ante: quodq; inedia sit magis quam ipsa uenae sectio vsurpanda.
 Sed si haec dicat, nos hunc neque quod propositum fuerat demonstrasse, neque sibi met consenta
 nea dixisse, respondebimus: in hocq; has partes discrepare dicemus, quod ordinem sermonum no
 obseruent. Omnibus enim hominibus, qui praesertim tantum mentis possident, vt consideratio
 ne etiam paucillum quid consequi possint, perspicuum est, quod huic qui sanguinem in arterias
 transluentem per euacuationem uenarum ad proprium locum reducere uelit, id primo quoque
 tempore sit faciendum. Manifestum etiam est, quod euacuatorio auxilio quam celerime utendū
 sit, vt quo & breuissimo temporis spatio, & sine vlla corporis perturbatione, euacuationem quam
 uis perficere possimus. Quantum n. inedia per sepe laedat, superius demonstratum est. Proinde
 in hunc modum alicui dicere integrum erit: Arbitror equidem ridendos esse eos qui Erasistra
 tum quandoque sanguinem reijcientibus uenam secuisse putant, quandoquidem vbi inedia tan
 quam euacuatorium praesidium laudat, multo hercle magis ipsam uenae sectionem laudaturus
 fuerit: vbi quoque inflammationis tempore euacuatione opus esse arbitrat, sub illius initium
 magis quam cum futura est, ipsam laudaturum fuisse in confesso est. Neque etenim Erasistratus
 rerum adeo imperitus erat, vt non multo citius sanguinem ex arterijs in uenas reduci putaret, cum
 neque circa insultus initium ille vehementer esset densatus, neque a calore febrili tantopere eliqua
 tus, ut ob id crassiusculus efficeretur. Nam qui hoc ipsum assereret, semet potius deridendum
 quam illos quos accusat exhiberet: quandoquidem cum Erasistratus ipse scribat uenae sectionis
 vsum ea causa non esse vsurpandum, quia inflammationis tempore longe melius sit vt assumptio. H
 nem euitemus.

* vide supra
 pag. 5. d. et pa.
 13. d. quo hic
 locus legatur.

* Exulium.

Desiderantur hoc loco non pauca.

Aduersus quendam Erasistratum, quod cum Erasistratus multis locis Repletionem cura
 rit, de Venae sectione non fecerit mentionem. CAP. 8.

* παραμυ
 πρως δει. qua
 dictionem hic
 & infra inter
 pres uertit a
 duri, ceteri au
 te impleri uer
 unt.

Continere immedicabile, aut profectio non facile sanabile, qualia ipsis quoq; haemorrhoidibus
 accidunt. Porro cum nos membrorum deligaturas diceremus multitudinem absq; uenae sectio
 ne attrahere ad se posse, ille hoc aut impossibile in plethoris esse, ob quas Erasistratus brachia ma
 nusq; ac tibias aduri dixit, fieriq; id, quia uasa propter sanguinis multitudinem intenderent. Qua
 rone ergo in illa id quod in profundo est delabi amplius poterit, cum & sine illo ne ipsa rumpatur
 periclitari iam uidentur. Atqui iam declarauimus q Erasistratus Chrysiippu laudauerit no apposi
 ta, ut ego nunc scribendo facia, aliqua sermonis distinctione, uerū absolute iniam sua prodēs. Oratio
 naq; sic habet. Deligationes uero lancis uinculis circa alas ipsas ac inguina faciendae. Deligationes, n.
 inquit,

A inquit, faciendae, neque interim utrum hoc auxilium plethoricis solis nihil commodi afferat, alijsq;
 e diuerso emolumento sit futurum, sermoni addidit, sed simpliciter pronunciauit, quod de omnibus
 dictum est uel intelligamus. Atqui, aiebat ille, si de omnibus id intelligendum esset, ipsemet istud
 declarasset in hunc modum scribens: Deligationes in omnibus faciendae, uerum simpliciter protu
 lit, Deligationes lancis uinculis circa alas inguinaq; faciendae, eo quod nos ipsi suspicari possemus
 orationem hanc de illis tantum habitam esse, in quibus ad membra sanguinem transferri possibi
 le est: nam in quibus id fieri nequit, ne uincula quidem eorum membris sunt adijcienda. Cur er
 go, aiebamus nos, hoc quod nunc dicit, Erasistratus non scripsit: an quia ijs qui adeo repleti sunt, ut
 eis brachia, tibiae que, ac cubiti adurantur, sanguinem subtrahere necessarium sit, ceteris uero sola
 membrorum deligatio sufficiat? Quoniam, inquit, non hominibus vulgaribus scripsit, uerum ijs
 qui ea quae res ipsas necessario consequuntur, cognoscere atque operari possint, impossibilitaq; ne
 quaquam aggredi in animum inducant. Non ne ergo, inquiebamus, si aliquando plethorica dispo
 sitio corpus occupauerit, etiam si Erasistratus istud non scripserit, uenae sectione opus esse dices?
 In confesso enim est, quod hoc omnibus cognitum sit, ideoq; ab Erasistrato non est descriptum: cae
 teros namque affectus quicunque sine repletionem fiunt, Erasistratus seorsim mederi iussit. Verum
 B cum ille ad haec obstreperet, primum quidem hortatus eum sum, vt sententiam ex tertio de febr
 bus descriptam audiret: deinde uero & eam quae in priore de salutaribus commentario habetur.
 Nam quae in tertio de febris reperitur, haec est: Igitur circa agritudinum principia, ac inflam
 mationum generationes, omnis ciborum forbitio uinculisq; oblatio subtrahenda est, plerumque enim
 inflammationes, quae febris suscitant, ex repletionem fiunt. Si ergo in huiusmodi temporibus obla
 tiones dentur, & eas concoctio distributioq; pro suarum actionum facultate vicissim distribuunt,
 uenaeq; alimento impleantur, adhuc longe maiores ac uehementiores inflammationes saepe nume
 ro fieri accidit. His uerbis Erasistratus nomen plethorae, i. repletionis aperte descripsit, modumq;
 illius curandi tradens inediae commemorat, uenae uero sectionem silentio plane praeterijt. Quapro
 pter ad Erasistrata: um illum me conuertens, quater, inquam, o amice, mentitus es, quando
 quidem Erasistratum repletionis medicandae rationem separatim scripsisse patet. Idem nanque
 uel in priore salutarium libro, ipsaq; illius praefatione recitat, quod cuique cognitum esse possit, illi
 cum repletionis remedia ordine scriberet, quiduis potius quam uenae sectionis meminisse. Dicitio
 autem sic habet: Summam in quibusdam sanitatis curam rationemq; habere oportet, ideoq; qua
 uia quis eum qui in repletionem fieri consueuit affectum cognoscere atque obseruare possit, in pri
 orem colligendum est. Incipiente enim ea, a dissolutibus abstinentium quam maxime est: si au
 tem illa non dum adsit, antequam agritudinis initium fiat, illis uitor. Atqui plures modi extant,
 quibus huiusmodi affectus dissolui potest, neque ijdem cunctis quadrant. Sed de his iam ordine
 dicere constituimus. Qui ergo corpus laboribus exercere consueuerunt, his multo praestantissi
 mum fuerit, ut illos paulo plures quam pro consuetudine ineanat, ipsisq; affectum hunc dissoluere
 tentent: ab exercitijs uero sudores in balneo proritent. Porro si quid supercaliditate exiccatum
 est, tum pluribus lauacris uti, his que omnibus peractis in multa quiete longo tempore nullas obla
 tiones assumentem degere, consuectum est. Illo enim tempore repletio summopere sustollitur, pra
 fertimq; si post exercitia & lauacra quis longo temporis spatio nulla oblatione utatur, quiescatq;
 postea aliquandiu. Prandium uero subtrahendum est, sed & coena minor solito assumenda. Tum
 qui offeruntur cibi nutrimento ferre careant, ueluti sunt olera pleraque, tam cruda, quam cocta, cu
 curbitaq; ac cucumeres, peponesq; teneri, & ficus recentes: legumina item cum oleribus cocta.
 Panis quoque omni uitio careat. Nam sic uniuersa talia partim aluum lubricam reddent, partim
 nutrimenta quae ex illis fiunt, neque copiosa neque fortia efficient. Verum a carnibus piscibusq;
 ac omnibus rebus cum lacte chondroq; & amylo elixatis, & ceteris id genus alimentis dicto tem
 pore abstinentium, uel prorsus paucis utendum. Huic autem uictus rationi diligenter ob id in
 stendum, quod repletio iam consistens, secure sustollatur. Caeterum qui corpus laboribus exercere
 non sunt assueti, his plura exercitia commodum non est iniungere: quoniam haec alioqui,
 prout plurima alia, euacuationes tutas faciunt. Praeterea uero quicunque ad uomendum propensi
 sunt, ut a coena uomitiones instituunt, omnibus communiter utile est. Ne autem ad aliquid aliud
 minus idonei fiant, uomitus ab oblatione non multum temporis intercedat, sic enim cibi adhuc in
 superioribus partibus existentes facilius euomentur: proindeq; alimenta quae ex ipsis cibis gene
 rantur, non multo ante uomitionem distributa sint. Ad haec postero die lauacra, sudoresq; pro
 uocare oportet. Quin etiam euacuato iam corpore, atque repletionem restauratorem nata, paulo
 post ad consueta redeundum. His ergo uerbis Erasistratus clare per omnia indicauit, quod ad re
 pletionis affectum medicandum alijs omnibus auxilijs usus sit, uenae autem sectionem nunquam
 adhibuerit: istudq; & in sequente operis parte inuit, dum in hunc modum loquitur: Haec uero
 animo reuoluenda sunt, q non omnes homines ad quosuis affectus aequaliter propensi sunt, sed
 vbi aliquando idem symptoma, ueluti repletio est, intra plurimos contingat, q in omnibus ad quae
 consueuit loca, impetu fertur, & in alijs quidem ad hepar, alijs rursum ad aluum: nec desunt qui
 Sexta Classis. ccccc ij bus

* Hae ad
 denda ex anti
 quis explanari
 bus graecis, ne
 si quandoq; las
 situdo praeci
 sioni affectio
 ni superuene
 rit, agritudi
 nis principium
 fiat: sed aque
 potiones, et la
 uacra & in
 edias oportet in
 iungere.
 * haec enim,
 prout plurima
 alia, euacua
 tiones tutas fa
 ciunt.
 c tium pran
 dere, tum sudo
 res et lauacra
 facere oportet.
 D' d' o uard
 s. a. o. v.
 Et Al. ex an
 tiquis clariss.
 no omnibus ad
 eade loca ipse
 tu ferri consue
 nit, sed alijs
 quidem etc.

bus illa vel epilepticos affectus, vel articulorum dolores conciliet. Opus est ergo, ut unusquisque ea quæ illi contingere consueverunt considerans, curam affectibus proueniens idoneam instituat. Non enim eadem ratione ad epilepsiam inclinatio, qua sanguinem spuenti curatio exequenda: verum illi perpetuo labore defatigari, huic autem à laboriosis exercitijs cauere operæpretium est: verendum namque est ne ex defatigatione initium ruptionis suboriatur. Sed & qui epilepticis affectibus obnoxius est, in labore continuo ac inedia & cibi paucitate se contineat, frequentia autem lauacra quæ ue vehementem permutationem afferunt, modis omnibus euitet. Quos verò renales affectus plerunq; infestant, his cibi concocti faciles offerendi, ac lauacra assatim iniungenda: potus autem constringendi facultate careat, ne lotium acrius redditum loca per quæ excretio ipsa fertur, arrodat: ad hæc exercitijs diu insistere, huiusmodi hominibus noxium est. Quibus autem vel ad splenem vel iecur fluxio ferri consuevit, his à laboribus nimis frigidaq; abluitione abstinendum, inedijsq; & paucitate potationum, ac lauacris curatio in vniuersum procuranda.

Erasistratum Perperam docuisse Repletionis Curationem phlebotomiam ornittendo: ac de Noxa que ex Inedia euenire solet. Argumentum præterea Libri de Curandi ratione per Phlebotomiam.

CAP. 9. F

In his rursum Erasistratus suam sententiam clare ostendit. Nam eos, quibus ex repletione vel sanguinis sputum, vel epilepticus morbus imminet, neque fortiter purgantibus medicamentis euacuare vnquam, neque frequenti frictione vi uoluit: quæ ipsa etli debilior sit, quam quæ huiusmodi morbis ad amissim opitulari possit, præstantior tamen nõ paulo vna inedia existit. Frequenti enim frictione non paucos istorum euacuauimus, cum aliàs præ animi ignauia neq; purgans medicamentum assumere auderent, neq; venæ sectionem sufferrent. Siq; auxiliu hoc in omnibus sufficeret, forte quis ipso venæ sectionis loco semper uti posset. Constat autem qd interdum multo minus debiliusq; reperiatur, quam quale corporis repletio exigat, maximeq; quia illi qui frictionibus non assueuerunt, si plus æquo perfricti fuerint, dolorosis affectionibus illico corripiantur. Non nulli e contra densam duramq; cutim cum habeant, etiam si plurimam subierint frictionem, nihilo minus quam paucissimam euacuationem experiuntur. At, si quis medicus in artis operibus diligenter versabitur, ipsa experientia edoctus, quantopere stomachi inanitio ad accersendum paroxysmum epilepticum faciat, sine negotio cognoscat. Dispiciet etiam illos qui ob solam stomachi læsam actionem epilepsijs corripiantur, ex inedia vehementer lædi, velut & Diodoro grammatico vsu venit. Is enim si quando in quodam ludo literario existens famem diutius sustineret, illico epilepsia correptus conuulcebatur. Huic itaque presentaneo remedio succurrebamus, iubentes ut circa tertiam aut quartam diei horam, panem ex vino temperato assumeret: hoc que præsidio vsus annis permultis sanus degebat, quippe qui huius solius rei curam gerebat, ut cibos in cœna assumptos quam optime concoqueret. Aliquando autem cum propter ciuilia quædam negocia in foro ad meridiem vsque sine cibo perdurare cogeretur, humi prostratus denuo conuulsus est. Ille igitur, veluti indicauit, propter stomachi vitium epilepsia vexabatur. Manifestum etiam est, qd stomachus læsus, si modo ad hoc idoneus fuerit, alias partes non paucas unâ secum exacerbet, ac ad consensum trahat. Hoc loco autem aduertendum est, qd in huiusmodi affectibus, os uentris, stomachus à medicis appelletur. Cæterum uel multi ante nos fuerunt qui hos affectus iam pernoctant, ideoq; de his plenius tractare alibi præstitit: impræsentiarum verò hucusque dictum de ipsis sit, quo obiter declarem multos epilepticos ex solo stomacho longioribus inedijs perturbato, in exacerbationem incidere. Proponatur ergo homo aliquis, qui adeo repletus sit, ut brachia & cubitos, coxas tibiasq; sibi exuri sentiat, tempus uerò anni ver incipiens: neque enim hoc ipsum exemplum perraro contingit, immo nos per id temporis homines sapissime hoc pacto affici conspeximus: Huic accedat, quod is exercitiorum ac frictionum sit penitus expers, facile que ab inedijs lædatur: Nobis porrò inuestigandum fuerit, qua ratione hunc euacuare debeamus. Nunquid ergo euacuationem instituemus lauacris frequenibus, aut exercitijs, aut inedijs, vomitionibus ue à cœna factis? nam præter hæc apud Erasistratum nulla alia repletionis remedia reperiuntur. Atqui ipse exercitijs uti ijs, qui id non consueuerunt, nequaquam concedit: à lauacris etiam illos, quia epileptici affectibus obnoxij sunt, arceat: arcebit item, mea quidē sententia, eosdem à vomitionibus, ut quæ caput euidenter replere soleant. Cæterum inedia inter ea quæ caput replent adeo eminet, ut ex illa tensio vehemens circa brachia, manusq; oriatur: neque tamen ea quoque ad euacuandum satis virium obtinet, quin potius si qui stomachum affici aptum habuerint, ijs insignem læsionem infert. Quomodo igitur ipsam euacuationem adornabimus? num frictionibus solis? Verum earum Erasistratus prorsus non meminit: præterea fieri non potest, ut illæ in insuetis tot tantæ que fiant, quæ sufficienter euacuent. Aut postremo illum laneis vinculis excipiemus? At Erasistratus huius rei nullam hoc loco mentionem fecit, id remedium ad solam sanguinis reiectionem cohibendam referens. Concipiatur autem in animo, quod etiam de hoc ipso consideratio satis luculenta sit facta: veruntamen illis qui eo repletionis venerunt, ut & membra exteriora sibi aduri putent, auxiliu

* Al. potioni.

† Poti aut subtrahere, nõ est conueniens.

* πάλιν ἐστὶν ἰν ἀντικυβητισ. sed in antiquis legitur πάλιν, i. omnibus.

* κατὰ δὲ τὴν ἰ. ἀσθενείαν.

Auxiliu hoc quam molestissimum ac nullius momenti esse antea dictum est. Neq; etiam credibile illud est, ab Erasistrato in libro de sanguinis reiectione recitatum, quod scilicet reiectionis tempore ex inflammatione periculum imminet: in quo ille capropter agros sine cibis degere iubet, quoniam eorum quos curandos suscepimus, virtutem venæ sectione prius dissoluere non liceat. Haudquaquam enim necesse est ut inflammatio repletionem insequatur, dum illam euacuare præoccupauerimus. Et quanquam id quoque, si quis eminus consideret, in rebus salubribus persuasibile magis quam verum videatur, Erasistratus tamen plenitudinem, quæ aut epilepsiam aut reiectionem sanguinis effectura est, euacuare per venæ sectionem nunquam est ausus. Sic etenim in obseruandis Chrylippi placitis pertinax est, euacuare per venæ sectionem, neq; fortiter purgantibus medicamentis vnquam uti in animu induxerit. Atqui tum venæ sectione, tum purgatione aliqua plenitudinem commodissime euacuare poterat. Tamē ille de his nihil scripsit ibidem, quem admodum neque cum de paralyti vel de podagra ageret: illic enim etiam in repletionem causam rejicit, ac deinceps neque venæ sectione, neque aliquo efficacium illorum & purgantium medicamentorum vitur. Præterea opinionem suam in libro de sanguinis reiectione longe claritus prodidit, idq; in illa operis parte, vbi homines quosdam ex consuetæ excretionis retentione, sanguinis reiectionis periculo subesse asserit. Cum nanque inter alia retentionum genera, hamorrhoidum quoque cohibitionem annumeraret, non simpliciter has euacuatione indigere ait: verum prout in cæteris operibus consuevit, sic & ibi omnes quas ipse compertas habuerat, medelarum species, sola venæ sectione excepta recensuit. Dicitio autem sic habet: Præsentibus igitur ijs, quibus sanguinis exuperantia frequenter fieri consuevit, sudorum & lotij excretiones quadrarent. Conueniret etiam subtractio eorum quæ offeruntur, ac deambulationes in locis planis, non celeriter peractæ. Verum in his rursum plenitudinem, & sudoribus, & lotio, & inedijs, inambulationibusq; euacuatam censens, vsu venæ sectionis non adhibuit. Præterea si neque prius quam inflammationem fieret, neque cum facta iam esset, neque cum futuram suspicaremur, venæ sectionem vsurpandam in hoc libro indicauit, superuacaneum sanè fuerat illum in alijs operibus de eadem mentionem facere, præcipueq; postquam curationem inflammationis aut iam factæ, veluti primo de febribus: aut futuræ, aut de qua suspicio esset, aut incipientis, ut ex alijs patet: longe antea deseriperit. Veruntamen hoc quidam ex Erasistratis non animaduertentes, dicere contendunt illum euacuatorio auxilio, puta venæ sectione, vsu fuisse, cum tamen ipsemet Erasistratus manifeste contrarium asserat. Nam simulatque circa inflammationis tempus offerre cibos perdifficile esse dixisset, ea de causa futura iam inflammatione venæ sectionis vsu explorasse se indicaui. Ita ergo oratione palam declaratur, qd quibus inediã consulturi sumus, eisdem à venæ sectione modis omnibus interdiciere debeamus. Non ergo consentaneum est, ut quis circa unum eundemq; agrotum, vtraque auxilia, nempe inediã & venæ sectionem vsurpet. Hinc quoque perspicue patet Erasistratum, si quis inediã agrotis iniungit, eo tempore venæ sectione nõ esse vsu, ac propterea illius in alijs operibus, ut & superius significatum est, nullam mentionem fecisse. In omnibus enim illis, veluti declarauimus, inediã suadens, venæ sectionem (perperam quidem istud ille faciens) è medio sanè tollit, ut à nobis alio quoque prius in opere demonstratum est: minus tamen peccat quam illi, qui oēs illos qui inedia vtuntur, statim & venæ sectione opus habere existimant. Ego enim sequenti commentario ostendere aperte conabor, qd non solum omnes illi venæ sectione non indigeant, verum ne plethorici quidem ipsi, nisi prius qualem illa plenitudo naturam obtineat, discernatur: huic que accesserit de habitudine ætate que agrotantis, ac de tempore, & regione, atque constitutione consideratio: tum quæcunque antecesserunt, quæ ue ipsum agrotum etiamnum molestant symptomata. Ob singula enim hæc permultos venæ sectionem non nunquam citra noxam experiri non posse ostendam. Præterea & alios plerosq; tibi ob oculos ponam, qui absque repletione cum sint, venæ sectione nihilo minus opus habent. Posteaquam autem de his singillatim differuero, tum & occasionem & mensuram venæ sectionis ordine explicabo. Addam etiam istis eam quæ in secandis venis differentia est. Declarabitur quoque, scilicet nean pluries sit subtrahendum. Ad hæc verò non minore opera disquiretur, quibus nam, cū adhuc commoda valetudine fruuntur, veris tempore, vel purgationem, vel venæ sectionem, vsurpare conferat.

† vide supra pag. 5. d. et p. 13. 4. e. q. 10 hic locum leg. 4. 111.



GALENI DE CVRANDI RATIONE
PER SANGVINIS MISSIONEM
LIBER

Theodorico Gaudano interprete

Denuo ad Græcorum exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino
diligentius recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Explicatur vniuersa Methodus Secandarum Venarum, Affectus scilicet, Scopi, Mensura, Locus, Tempus, & Reliqua quæ ad venas & arterias cum ratione secandas intelligere necesse est.

De Quæstionibus, quibus omne Venarum probe Secandarum Negocium continetur. CAP. I.



Qui de sanguinis emissionem speculant, vnũ sibi primumq; proponunt, nẽpe, vt q̄ corporis affectiones euacuatione indigeant, considerent: Ac deinde alterũ, quæ nã ea q̄ sanguinis sit detractio: nã multi sunt affectus, qui alia quãpiã euacuatione quidẽ indigeant, sed nã sanguinis missione. Tertio post hæc vt dijudicent qui innoxie hanc ferre euacuationem possint: quippe cũ sæpe fiat vt affectio venæ sectionem desideret, ceterũ laborans eã ferre nequeat, siue pp̄ ætatem, siue pp̄ anni tps, siue pp̄ regionis naturam, siue ob os ventriculi vitiatum, quod sæpe per abusum stomachum appellant: ac nos sanẽ et̄, compẽdij nimirum eã, hac appellatione toto hoc utemur libro. Sed & sunt qui tamen vel maxime, quod ad morbum pertineat, sectione venæ indigeant, ob totius tñ corporis habitum ferre nequeant. Quæ si quis et̄ definire aggrediatur, p̄rticularis excipiet cõtemplatio, sicuti in alio quouis auxilio: Mox aut̄ de venis quæ veniunt secandæ: nam de istis quæsitum est multum, nihil ne referat quam quis secare venam volet, oēs. n. omnibus æque affectibus prodesse: an, sicuti Hippocrati, ac propẽ medicorum clarissimo cuiq; visum est, multum intersit, hanc an illam incideris. Porro hac quoq; speculatione absoluta, succedit de scopis siue intentionibus oratio, quibus videlicet quis animum attendens, vacuationis mensuram coniectura queat assequi. Ad hæc omnia, in quibus semel auferre præstet, in quibus verò repetitam facere ablationem, quam *επαλείψων* nominant, expedit: Tum in quibus inanire ad animi conueniat deliquitum, in quibus autem id tanquam summũ malum vitandum. Hæc igitur prospiciat necesse est, qui probe hoc vti remedio volet.

Quibus libris Chryippo Erasistratog, ac horum Sectatoribus occurratur, qui Venæ secandæ vsu, vel sustulerunt profluxus, vel perperam intellexerunt. CAP. 2.

Sanẽ de oibus istis in mededi methodo tractauimus, sicut & seorsum aduersus Erasistratum, q̄ perperam ab hoc abstulit remedio. Deinde alium etiam librum conscripsimus ad eos Erasistratos quis vsu esse hoc auxilio virum asseruit. Itaq; odio sanẽ dignissima est scelestorũ sophistarum tum versutia, qui cũ mueri se sciant, aliu tñ contraria præ nouarum rerũ studio adstruant: tũ sapientiã vanã aucupium, qui rerũ vtilissimarum ignari, contraria tñ verbis asseuerant. Horũ alterum Chryippo Cnidio accidit, qui venæ incisionem, ex omni medicinalium præsidiorũ numero tollendam censuit. Secuti hunc sunt sui discipuli, & ipsi apud Græcos clari, Medius, & Aristogenes. His et̄ magis Erasistratus, ad summos euectus honores, Chryippi seruauit sententiam. Post quem ipsius discipuli, principio quidem præceptoris decreto insisterent, sed ipis successu eorũ ex numero quidam ab ijs defecerunt, pudore affectu impudentissimo. Nam quid aliud in illos dicam, qui

περὶ τῆς ἐπιπέρας. i. de parte.

A qui afferere sustinent phlebotomiæ auxiliũ recipere Erasistratũ: tamen nusq̄ in cõmentarijs vilo in morbo hoc consulere cõspiciatur. Immo consentaneũ est, inquit, qui inediã tanq̄ euacuatoriũ auxiliũ adhibeat, multo magis phlebotomiã admittere. At qui hæc afferunt, oēs ad ea tũdẽdam esse venam aiunt, ad quæ Erasistratus cibo abstinentiũ præcepit. Cũ ergo ille in opere de febribus scribat adhibendã morborũ principijs inediã, sequit̄ vtiq; oibus detrahendũ esse sanguinẽ, id quod sanẽ isti et̄ arbitrant̄, illo vtiq; in tpe. Verum maximũ id malũ fuerit, si ita faciendum adolecentibus artem discuntibus persuadeat: multoq; et̄ perniciosius, si non alia quoq; quæ discernere conuenit, respiciant. Quocirca alio libro ea exponere necesse habui, quò videlicet adolecentibus cõmonstrarem & Erasistratum venæ sectione haudquaq; vsu (id. n. præstat eos credere, q̄ oibus vno ordine venam incidere, quibus ille ciborũ vsu interdicit) & maximũ laborantibus inde proventire commo dum, si quis recte vtatur. Itaque aliud mihi denuo, mea quidem sententia, de phlebotomiã scribendũ nõ fuit, cum nimirum remedij huius vsus quidem in medendi sit methodo expositus, simulq; in opere de tuẽda valetudine: in duobus aut̄ libellis, quorum alter ad ipsum Erasistratum inscribitur, alter ad Romæ agentes Erasistratos, prauas illius opiniones indicarim. Cum tñ precibus me suis obtundere non cessarent cõplures amicorum, quos piget, vt mihi vñ, curandi librum perlegere, coactus tandem sum ad hæc scribenda descendere, ne, si inuidere illis videar: mox verò serie conuenienti oĩa quæ de hoc auxilio proferri possint, enarrare. Atque adeo iam tempus est orationem ordiri.

Quid Affectus, Affectio ne: & Quibus ex libris Petenda principia, quæ ad Secandæ Venæ viam ac rationem maxime faciunt. CAP. 3.

Affectiois vocabulum, velut alibi diximus, ab afficiendo dictum, æque atque illud, de multis effectur rebus. Sed nunc recessus in statum præter naturam, qualescunq; si fuerint, affectiones siue affectus toto hoc libro nominabimus. Quæremus autem omnium primam quot, qualesq; eã sint vacuationem poscentes: deinde quæ nam ex ijs venam incidi postulent. Quoniam autẽ omnia quæ in quæstionem veniunt, duo inuentionis organa obtinent, nempe rõnem & experientiam: id quæ cum in artibus omnibus, tum per omnem propẽ vitam, necesse esse arbitror, & nunc quoque me aut ratione sola, aut sola experientia, aut iunctis ambobus, quæ propõta sunt scrutari. Porro quoniã ratio ipsa partim ex communibus tantum notionibus progrediens inuenit & demonstrat: partim verò etiam quæ ex istis inuenta sunt, ad demonstrationem adhibet: vtraque ratione omnes vt artes demonstrauimus: ac nos quoque in præsentia, vtra earum vtilis reperietur, eam rebus nostris accommodabimus. Sanẽ priori ratione omnes per totam vitam homines vt assolent: altera verò omnes, nam proprie ad artifices attinet. Etenim geometra primum artis suæ theorema per solem priorem rationem demonstrat: deinde in secundo non sola ea vtitur, sed ad eius demonstrationem quod b̄ ex prima probatum est, vnã adhibet. Quantum verò deinceps à primo recedit theoremate, tantum et̄ à prima ratione abscedit. Deniq; verò & paucissimis vtitur, per ea quæ demonstrata sunt, alia demonstrans, & per illa rursum alia, & iterum per illa alia, vt tandem demonstratio ad ea quæ plebi incredibilia sunt, procedat, nempe ad Solis, Lunæ, & terræ, non solum magnitudinum, sed & distantiarum cognitionem. Ex quibus tandem inuentis horologia cõstruunt & clepsydras, qui hac videlicet via incedunt, Lunæ q; ac Solis deliquia prædicunt. Sic igitur & nostra artificialis ratio, multis vtetur quæ in alijs operibus sunt demonstrata, puta q̄ cõplures sunt facultates quæ aialia gubernant, quarũ alias naturales, alias animales appellamus. Generationis aut̄ principia in rebus omnibus pro materia quatuor habent elementa, quæ per sese mutuo tota misceri in q̄ inuicẽ agere sunt nata. Quapropter nulla hoc libro Asclepiadis fiet mentio, vt cuius elementa falsa ostendimus & in decimotertio de demonstratione commentario, & in opere de Asclepiadis placitis, in quo quintus & sextus, elementorũ eius confutationẽ continent. Demonstratum est et̄ & in cõmentario de elementis ex Hippocratis sententia conscripto, de qualitibus effectricibus, quarum nomina sunt, Caliditas, Frigiditas, Humiditas, & Siccitas, & de humorũ tum differentia, tum generatione. Porro de medicamentis humorẽ vnumquẽq; purgantibus pauca quædam in libro de Elementis, sed separatim in alio libro tractauimus. Vtilis quoq; in rem præsentem tractatio de temperamento est, elementorum sequens tractatione: verum omnium maxime liber de plenitudine, in quo ostensa est & vt ad vires plenitudis, & ut ad capacitatem in qua continetur. Atque hæc plenitudo à medicis κατὰ τὸ γῆμα nuncupatur. Optimũ ergo fuerit, vt qui scienter volet expẽdere quæ hoc volumine discenda veniunt, de Plenitudine librum prius perlegat: quæ verò & ille ante perfectã requiret, ipse indicabit. Nec verò mirum cõtinuã videri debet, si tantis sit opus vt probe de venæ secanda contemplari liceat: non. n. ad huius tantum auxiliij inuentionem, sed & aliorum omnium, necessaria est eorum, quæ modo recitauimus, cognitio. Nam si eitra illorum notitiã recte curare possemus, a† haud esset cur ea tanti faceremus. Sed hæc præfari necesse fuit. Tempus autem nunc est orationem ordiri, considerando quot sint affectiones vacuatione indigentes. Ergo si quis eas experientia collectas exponat, sola opus est ad explicationem memoria. At si via rationali, commune & generale b̄ inueniat necesse est: ex illius deinde in speciem differentias que sectione vsque ad species vltimas, affectuum numerus vacuationem indicantem, inuestigandus est. Sic enim constare vniuersa, quæ per rationalem viam inuentionem sortiuntur, monstrabimus.

A† In aliquis dicitur, i. ipsius secundum theorematibus. B† Dicitur tũ per se, i. per se primũ, i. theorema.

A† Dicitur ἀνεσπου δὲ σαμεν ἀντα, id est haud vtiq; elaborauisse, seu cõposuissent ipsa. B† Adicitur ἔτι aliquis πρῶτον, i. primo.

Quæ

Que Corporum Affectiones Vacuatione indigeant.

CAP. 4. E

Igitur cum artis medicæ officium sit omnes partium corporis functiones, ubi corrumpuntur necesse est hanc, dum præsens est, seruare, interuentem verò recuperare. Cum ergo primarias actiones à similaribus corporibus perfici ostensum sit, ab instrumentarijs verò secundarias, videndum est tibi, qui in corpore continentur humores, quam aut vtilitatem aut noxam partibus eius afferant. Posteaquam igitur in libro de plenitudine demonstratum est bifariam & fieri & dici plenitudinem, nempe vno significato vt ad vires: altero vt ad continentium humores vasorum laxitatem, quod quidam vocant *κατὰ τὸ ἔγγυμα*, vtrique vacuatione est opus: siue in homine valetudinario, siue valente euenierit. Sanè quemadmodum qui onus gestat, non protinus ubi grauatur ac fatigatur, iam cecidit & victus ab eo est: ad eundem modum ubi virtus à plenitudine grauatur, fieri potest vt non dum homo ægrotet. Si quidem non nulli qui consuetæ etiæ munia obeunt, sentire se se graues, pigros, segnes, atque agre mobiles referunt, atq; ea est vt ad virtutem plenitudo: Vt ubi post exercitia tendi videantur (quemadmodum Erasistratus dixit, Implentur brachia & cubitus) non exigua est ea alterius plenitudinis nota, quam *κατὰ τὸ ἔγγυμα* vocari à quibusdam propoluit, quando quidem *κατὰ τὰς ἐγκυρῶνους*, id est in infulis per vasa humoribus, consistit & intelligit. **D**ictum autem est in libris de sanitate tuenda, ubi in toto corpore sensus prouenit vlcerosus, ac potissimum dum mouemur, talem affectum mali succi esse *lobolem*. Attamen id non paucis conlueras etiam dum res agentibus vlti venire conspiciuntur. Quandoq; autem & in partibus quibusdam corporis, non in tota mole, indicia existunt affectionum illis in partibus consistentium limilium ijs quas in toto corpore consilere dictum nunc est. Nam caput aliquando solum grauari sentimus, aut vlcerosam quandam affectionem habere, aut musculos temporis quos *κροταφίτας* nuncupant, intendi, id que aut simpliciter, aut cum maiore quadam caliditate. Sic & in iecinore, liene, ventre, costis, septo transuerso, grauitatem sæpenumero percipimus. Similiter in ore ventriculi aut grauitatem, aut morsum, aut nauseam, aut ciborum fastidium, aut absurdum appetitum, quãdoque sentiscimus. Ad hæc autem fixi in parte quapiam dolores, id que aut ob humorum copiam cõsertim ingruentium, aut propter spiritum flatuosum, vacuationem indicant, sicut qui ab acri humore partem exedente rodenteq; proueniunt. Sunt autem qui ab intemperie nascantur, atq; inter eos ipsos quidam ab ea sola citra humores, alij verò cū humoribus. In omnibus itaq; istis modo propolitis, inhestantium tum humorum tum vasorum euacuationes a pathematis, id est passionibus, hominè liberant. Non tamen vena secta prorsum est opus, sed sufficit purgatio, frictio, balneum, & inun- **C**ctio cum digerente medicamine. Ergo qui vena incisa iuuentur affectus, deinceps dicamus.

Quo pacto Cor & Reliquæ corporis Partes ab Humoribus alterentur.

CAP. 5.

Non solum nutrimentum animantis partibus ex sanguine est, sed calor quoque naturalis perferantia ex sanguine obtinet: quemadmodum ex lignis cõburi idoneis qui in foco est ignis, a quo ades totas calefcere conspiciamus. Itaq; quemadmodum ignis hic offenditur, interim quidem congestis in eum consertim lignis, interim verò rametli non multis tamen admodum madentibus, non nunquam autem omnino non impositis, aut valde exiguis: Sic qui in corde est calor, interdum se ipso minor efficitur aut propter sanguinis copiam, aut propter ingentem inopiam, aut propter qualitatem frigidam: interim verò maior aut propter calidam sanguinis qualitatem, aut propter pauculam inopiam. Quicquid autem cor in caliditate frigiditateq; perpetitur, eius protinus & alię corporis partes participes fiunt. Euenit autem & vna in parte perlepe præter naturam tum caliditas, tum frigiditas, sicut si sæpenumero in alijs cõmentarijs demonstrauimus: idq; duplici ratione prouenit, interim ob humores calidos aut frigidos, interim verò ob solam intemperiem. Cæterum quæ membratim accidunt caliditates aut frigiditates, eas quæ parti quidem affecte vicinæ sunt, vnâ alterant, at in totum extendi corpus priusquam cur mutent, nequeunt. Eundem in modum & cor. **H**is corpus duplici modo alterari ostensum est, aut per intemperiem, aut propter humores calidos vel frigidos, aut ob alicuius horum inopiam. Porro humores calidos frigidos que fieri demonstrauimus pro cibi potusq; modo, & ob pleniorẽ corporis animi q; tum motum tum quietem. Cæterum quemadmodum in ventre frequenter prauæ sunt coctiones, ijs quæ assumpta sunt; in pituitam aut bilem conuersis, aliam ue præter naturam corruptionem perpessis, aut crudis & alterationis expertibus plurimo tempore manentibus, & in flatum verlis: Ita ubi sanguinis fraudatur generatione, humorum in arterijs venis que affectiones proportionẽ respondebunt ijs, quæ à frusturata in ventre concoctione proueniebant. Quoniam autem clauda simul humidatq; omnia celerissime putrescere apparent, & præcipue si in locis calidis sint, consequitur necessario, quod ex vtre distribuitur nutrimentum, quando à natura non superatur; inque sanguinis boni generationem non conuertitur, aliàs aliam perpeti putredinem. Atqui cum quæ ex materia calida putrescunt calidiora er euadant, calidior quoq; erit proinde sanguis putrescens. Hic autem vbi calidior fuerit, calidior quoq; sensibiliter pars in qua putrescit, euadet. Porro autem, quoniam à notabiliter calidis vnâ quæ vicina sunt, incalescunt, vnâ quoq; cum sic affectis partibus, quæ circūquaque vterius sunt, incalescent, idq; calore acri ac mordaci: cuiusmodi enim est qui à putredine proficiscitur. Ergo si pars quæ

* παραπληρωματα.

Al. qualitate.

Aquæ hoc pacto incalescit, insignis sit, & calorem suum in eos protendere valeat, siue q; vicina ipsi sit, siue q; ex principalibus, siue q; calida, vnâ & ipsum accendet, vt quod natura calidissimū sit. Quod si semel illud accensum fuerit, facile totum ipsius iam corpus simul excalfiet, quemadmodū ab ingenti in foco flamma quæ illam continet domus. Vocat autem id pathema Græci quidem *πυρεθον*, Latini verò febrem. Sed & non nunquam priusquam putrescere incipiat sanguinis multitudo, in partem aliquam consertim decumbens, aut prorsum eam extinxit, vt actio interiret, aut certe nõ contemnendam noxam inflixit. Nam hoc pacto apoplexiæ proueniunt, multo nimirum sanguine in principium animantis consertim incumbente. Nam ubi in altam partem præceps ruit, tumorem inibi præter naturam efficit: ex hoc genere est phlegmone. At ubi crassior est, melancholiciq; magis naturam refert qui decubuit sanguis, scirrhosus tumor efficitur: sicut si pituitosior sit fluxio, laxus: si in biliosa, erysipelas existit. Discriminata hæc ad vnguem habes in ijs quæ modo recensuimus operibus. Nunc autem, vt dixi, quæ sunt demonstrata, hypothesium loco, hoc in sermone assu mens, consequentem illis esse sermonem de venæ sectione demonstro. Igitur cū plenitudo duplex sit (optimum. n. fuerit hinc aspicari) & ea, quæ ad vires refertur, facile in putredinẽ perueniat, atq; etiam interdum in partes quasdam ingruens, inibi tumores præter naturam excitet: & altera quoq; quæ *κατὰ τὸ ἔγγυμα* appellatur, sæpe in partes decumbat, ac tumores creet, immo & apoplexias & ruptiones venarum molitur: eam celeriter euacuare tentandū, priusquam magnū aliquod malum in homine admittat. Porro subtilissime expositum est in tuenda valetudinis volumine, quo pacto vtrinq; affectionẽ & agnoscere & sanare oporteat: sicut ubi febris aut sanguinis reicctio præ plenitudine inualit, aut apoplecticarum infirmitatum aliqua, quomodo & illas curare oporteat, in curandi methodo diximus. Quare de his nunc conscribere superuacaneum cenleo. Nã si perinde vt in illis tractatibus scripsi, ita & hic scribam, bis eadem de re verba facere cogar, ac propterea in longum etiam sermonem extendere. Sin in compendium sermonem hunc contraham, duorū alterum subibo periculum, aut vt ob breuitatẽ obscurus fiam, aut distinctionem aliquam vtilẽ præteream. Verum quoniam haud mea voluntate hunc aggressus sum sermonem, si quod dictorum peccatum eueniat, ipsi culpam ferent, qui auctores fuerunt vt hoc onus susciperem: sicut si recte atque ex sententia accidat, vtilisq; appareat, laudem illis omnem cedo.

Qui Scopi in mente habendi. Quibus ue indicijs discernendi, vt Sanguinem mittamus. CAP. 6.

Rursus ergo orationi sumatur principium. Qui res consuetas adhuc faciliunt, sed princeps illis pars aliqua aut totum corpus grauatur tenditur ue, ijs necessaria est euacuatio. Porro si Cæate nec puerili sint, nec senili, de secanda vena consilium inuito, præ oculis habens principales hosce scopos, nempe plenitudinis tum quantitatem tum qualitatem, & virium robur atque infirmitatem: deinde naturalem totius corporis habitum, tempusq; & regionem, vitamq; antea factam: tum an cibi potusq; copia, & præcipue assatim nutrimentum, qui sic affectus est, sit vsus: ad hæc consuetudinem, & res præter consuetudinem actas, quos que motus exercuerit, quas excretiones habuerit, aut præter solitum compefcuerit: ad omnia autem hæc num gracilior aut crassior auaserit. Sanè vtriusque plenitudinis quantitas ex priorum signorum magnitudine definitur. Quanto enim grauior sibi homo videtur, tantum & plenitudinem quo ad vires creuisse constat. Ad eundem modum quantum auctus fuerit sentionis sensus, tantum & alteram inuictam plenitudinem, quam à quibusdam *κατὰ τὸ ἔγγυμα*, vocari diximus. At vtriusque plenitudinis qualitatem partim ex coloribus agnosces (memor colorem humorum esse, si quidem modice à calore frigore que externo affertum totum corpus fuerit) partim ex ijs quæ humorum naturæ consuetæ sunt. Et enim calidiores, calidior totius corporis sensus sequitur, frigidiores verò frigidior: Tum eos qui in venis quiddẽ accruantur humores, tumor, vasorumq; distensio: qui verò in carne, sensus in ea aut grauitatis, aut tensionis, sicut certe & caliditatis. Porro dispensantium nos facultatum infirmitatem ac robur proprijs indicari functionibus ostendimus: arbitrarijs quidem, ea quæ in nervis, & horum principio cerebro: pulsatiuis autem, ea quæ in arterijs & corde: at a functione quæ in bona editur nutritio ne, aut nutritione abolita, tum colore bono aut malo, tertia facultas, nempe nutritrix, quam à iecore proficisci demonstrauimus, agnitionem sortita est. Vbi ergo extantibus plenitudinis signis valentes facultates fuerint, venam incidet, videlicet si tenuia quidem sit affectio, b. nullo discrimine, magis que etiam in phlegmonide: Sin infesta sit degrauians plenitudo, haud semper sanguinis molienda detractio est: fieri enim potest, ut crudus per corpus collectus sit succus. In quo aduertendum diligenter est, quantum valeat robusta que sit virtus, & quantum humor ipse sit refrigeratus: nam exoluta ab id genus affectibus virtus, adhibita sanguinis missione, in extremum malum recidere solet, vt nequaquam postea restitui possit. Quod ubi euenit, periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedat statim æstiuo, stomacho que male affecto, aut toto adeo corpore natura molli, & temperie humido: cuiusmodi enim hominibus multa accidit per halitum digestio, repentina que syncopa, etiam si febris haud magna inuadat. Si verò horum nihil sit, cæterum hyems fuerit, regio ue natura frigida, tum natura quoq; hominis frigidior, ijs per sanguinis missione & totum corpus grauius refrigeratur, & accidunt non nulla quæ ad grauem sequuntur refrigerationem, symptomata. Quocirca qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione vacuare non conuenit, sed

At. Addit. in oribatio libro septimo collectione medicinæ, vel frigiditatis. *π + οὐδὲν ἀπὸ τοῦ ἔγγυμα* vos, est in ipse. *σι. i. oribatio* ad ἔγγυμα ἔστι δὲ τοῦ ἔγγυμα vos. i. nullo amplius adhibita distinctione.

Al. humore ipsius sit genitum.

sed frictionibus, mediocriter que exalfacientibus vñctionibus, tum potionibus humorum crassi-
tudinem incidentibus, ac modice calfacientibus: Nam quæ valenter calfaciunt, nōn subito vires
deiciunt, vt in reliquam curationem non sufficiant: sæpe etiam febrem auxere: itaque & inde viri-
bus noxa obuēnit. Quapropter humorum incidētes crassitudinem tum cibi tum potus mediocri-
sunt in exalfaciendo facultatis.

*Quibus Morbis Præcauendis Veris tempore vel Vena sectio vel Purgatio
conueniat.*

CAP. 7.

Porro qui sanguine ex pectore reiecto in præfens quidem curati: cæterum eam fortiti sunt cor-
poris structuram in thoracis pulmonisq; partibus, vt vel pauculo plus collecto sanguine pro-
tinus aut vasis alicuius ofculum referetur, aut ipsum rumpatur: ijs etiam si nullum in corpore etiam
dum symptoma extiterit, ineunte tamen vere sanguinem mittere oportet. Similiter qui prom-
pte morbum comitalem, aut apoplexiam incurrunt. Ad eundem modum, si aliorum morborum
cuiuspiam obnoxium esse hominem cognorimus, puta peripneumoniam, pleuritidi, angina, comit-
tendum non est, vt expectemus dum aliquod euidentis plenitudinis symptoma appareat, sed ante-
uertere sanguinis detractione præstari. Eodem modo quibus hæmorrhoides retentæ sunt, potissi-
mum si natura sint atrabilia. Quæ que quotannis ætate plethoricis morbis corripi assolēt, & hos
quoque veris initio vacuare expedit. Eadem ratione & qui ipso etiam vere illiusmodi malis ve-
xantur. Sunt autem quidam oculis imbecillioribus, aut scotomaticis quas vocant hoc est vertigino-
lis obnoxij passionibus, qui & ipsi principio veris inaniri possunt. Sed illud prius videndum, quid
sit quod in illis aceruetur. Siquidem non nullis amaræ bilis succus plus cæteris colligitur: quibus-
dam bilis atræ, aut pituitæ: alijs ex æquo omnes, in quibus sanguis abundare dicitur. Hos ergo om-
nes vacuabis. Sicuti etiam podagricos & arthriticos veris principio, exhibito videlicet aut medica-
mento purgante, aut sanguinis diminutione. Equidem complures ipse sanauit, qui tribus qua-
tuor ue annis per interualla pedum laborassent doloribus, exundante humore veris initio expur-
gato, aut sanguine diminuto. Cæterum id neminem latere puto, illos in omni deinceps victus vi-
taq; ratione agere moderatos. Nam intemperantes, vinososq; ac ventri gulaq; deditos, neque pur-
gatione, neque sanguinis missione magnopere adiuueris, nam per vitæ intemperantiam, crudo-
rum humorum copiam ocysissime colligunt: verum his ne manum quidem admouere tentandum
est. Eis verò qui præceptis salutaribus obsequerentur, summopere profueris, si principio veris pri-
mum quidem euacuaris: deinde autem ad exercitia, victusque rationem salubrem deinceps per-
duxeris. Quæ de istis dixi, hæc tibi dicta putato & de omnibus, qui morbis ijs quos modo dicebam
capi sunt apti, nempe aut comitalem, aut apoplexiam, aut vertiginem, aut sanguinis reiectionem, aut mel-
ancholicis.

*Non nunquam Absque Plenitudinis indicijs Sanguinem mitti oportere: ac de Ortum eorum
Affectum qui Rheumatici vocantur.*

CAP. 8.

Porro non solum vbi adest plenitudo, siue ea vt ad vires sit, siue vt *ναρὰ τὸ ἐγγύμα*, mirifice
prodest venæ sectio, verum etiam citra plenitudinem initio phlegmones, quæ aut propter
ictum, aut propter dolorem, aut partium debilitatem *prouenit*: quippe cum dolor sanguinem ad
se trahat, & sæpe partium debilitas phlegmonem, absq; ut in corpore plenitudo sit, procreet. Osten-
sum est enim in virtutum naturalium commentarijs, infirmam naturam partem prompte grauari,
si vel paulo plus aceruetur aliquando in ea excrementi: quinetiam q; pars qualibet vim possideat
sicut familiarium attracticem, ita quoque alienorum excreticem: tum quod duplex sit alienum,
alterum quantitate, alterum qualitate: itaq; partem quamuis, quæ licet ab humoribus in se cōtentis
non grauetur, tamen excrementa quadam habeat in qualitate præter naturam, ad eorum excretio-
nem per venas inibi sitas tanquam per canales *insurgere*. Porro si quod propellitur, prauus sit san-
guis, siue alius quiuis succus, ad propinquam primum veniat partem necesse est: Vbi rursum duo-
rum alterum eueniet, aut enim concoctus aut corruptus in aliam tertiam haud transluet: aut, si, neu-
trum assequatur, denuo ex parte secunda in aliam labetur, atque iterum ex illa in aliam: neque cessā
bit quoad in talem quampiam illabatur, quæ amplius ex se propellere quod in ipsa redundat, ne-
queat. Accidit autem id illis partibus, quæ vim excreticem vicinis omnibus imbecilliorē obti-
nent: siquidem haud etiam in illas quæ præ virtutum robore non admittant, repellere quod mole-
stum est valent. Nam & hoc quoque nobis in illis monstratum est commentarijs, quod non solum
pars quælibet excrementum in vicinam protrudat, verum q; & recipiat quidem, sed contra sæpe
remittat, & contra repellat, in sese haud admittens: quo in certamine victoria potitur validior. Qua-
propter partes infirmiores omnium primæ excrementi ijs morbis corripiuntur. Huiusmodi qua-
piam ratione rheumaticos vocatos affectus *prouenire* scito, toto videlicet corpore infirmo, quæ
vna est mali habitus species: principibus verò illius partibus, paulum licet insit ipsi sanguinis, gra-
uari tamen solitis, eumq; ad carnosas cutis partes protrudentibus, potissimumq; ad adenas excipien-
dis excrementis idoneos tum ob substantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minime robu-
stas habeant naturales virtutes, sicut & pinguedo. Nam cum quatuor ea sint, vt ostensum est,
prima atq; citrix, secunda retentrix, tertia excretrix, & quarta alteratrix, alias quidem tres imbe-
cillimas,

*In gra. præf-
sis legitur dia-
phorica ut
uertit intersi-
bit. in antiquis
autē διαφορι-
κήν habere
tur. i. digestum
per habitum. &
ita videtur le-
gisse Calaber.*

A cillimas, adenas carnesq; obtinent: at vnam alteratricem haud ita multo cæteris partibus minorem.
Post adenas sequitur pulmo, fluxioni recipiendæ promptissimus. Nam & hic tres facultates infir-
mas possidet, & corpus ipsum laxum. Deinde est lien. Porro cerebrum aut perinde vt illi, aut etiā
plus, excipiendi fluxu est habile: cæterum hoc illis potius est, q; constructionem habeat reiciē-
dis ijs quæ accepit promptissimam: habet enim ingentes ventriculos, qui potius meatibus eua-
cuantur. Quibus ergo carnosio genere pulmo, lien, ac cerebrum, natura robustiora sunt, in ijs ad
adenas & carnes fluxiones perueniunt, vbi totus nimirum habitus infirmus fuerit, velut in rheu-
maticis affectibus accidere solet. *M*erito ergo his curandis scopus est, non euacuatio, sed corporis
totius roboratio: quanquam tamen curationis initium illis a missio oriatur sanguine: facti excre-
menta prauam etiam qualitatem habuerint, vnā adhibeatur purgatio: In quibus maxime corpori-
bus neutrius proprium expectandum plenitudinis symptoma est, puta grauitas quidem eius, quæ
vt ad vires est, tenlio verò eius quæ vt *ναρὰ τὸ ἐγγύμα*. Eadem ratione in ijs quibus pars quampiam
grauiter icta est, aut vtunque aliter incipientem habet phlegmonem, eam si magnam fore suspi-
camur, curationem ab inanitione auspicamur, aut purgatorio medicamine exhibito, aut vena incisa,
prout nimirum alterum altero magis conuenire iudicamus.

*Inter Scopos Sanguinis detrahendi qui nam ipsam Detractionem, qui ipsius Quan-
tatem dicantur indicare.*

CAP. 9.

Recte ergo admonemur in ijs quæ adiecta sunt libro de victus ratione acutorum, sanguinem
mittere, si magnus sit morbus, & eger florenti sit ætate, roburque adlit. Perperamq; Menodo-
tus in sola syndrome plethorica seruari venæ sectionē inquit. Contra enim prorsum sanguinis mit-
tendi scopi, primum in se plenitudinem non comprehendunt, sed sientis, & vt sic dicam, passionis
suspicionem. Nam si eam magnam fore apparet, omnino sanguinem mitemus, etiam si nulla
exillat plenitudinis nota, tantum inspecta ætate, viribus, & regione, quæ sola in ijs quæ adiecta sūt
libro de ratione victus recenseri conspiciuntur. Vigentes enim ætate, propter pueros & senes in
distinctionem assumptis. Cæterum primi principes que mittendi sanguinis scopi sunt, morbi ma-
gnitudo, & laborantis robur: & hanc esse primam dicendum est syndromen, nō plethoricā, in qua
seruata sit sanguinis missio: in illa enim & hæc comprehenditur, vt quæ morbi magnitudinē adau-
geat. Quippe non solum vbi iam adlit morbus grauis, sanguinis detrahendi tempus est, sed vbi
futurū suspicamur. Anteuertit. n. Hippocratis doctrina, qua nos docet quæcunq; morbis iam præ-
sentibus recte perageremus, melius esse vt ipsa morbis incipientibus, aut imminētibus, anteuertē-
do faciamus. Quare & propositos scopos ad sanos transferre liceat. Siquidem & his sanguinē mit-
tere expedit, vbi nimirum magni alicuius morbi metus imminet, rōne habita & ætatis, & virium.
Nam si quis vt magnum incurrat morbum sit habilis, licet nullum sit in corpore symptoma acciderit,
venam tamen secandam censemus: Satis est enim ætatem & vires inspicere. Itaq; tria sunt q; agni-
tionem continent, morbi magnitudo aut præfens, aut imminens: ætas florens: & virium robur. For-
te verò negligentius in ijs quæ adiecta sunt libro de victus ratione acutorum, expolita videri pos-
sit vna ætatis particula. *Nec enim florentem* duntaxat dixisse recte habet, sed addenda est & quæ illā
præcedit, & quæ sequitur, vt videlicet duæ tantum distinctioni eximantur, nēpe puerorū, & senū.
Verum senum ætas in virium verbo comprehendere potest: nulli enim qui ea ætate est, robur inest.
Quibusdam verò medicis ne pueris quidem robur inesse visum est, sed perperam rem intelligen-
tibus, sicut alibi nos ostendimus. Itaq; si magnum fore morbum expectamus, aut iam præsentē in-
spicimus aut incipientem, venam tunc demus, virium habita ratione, tantum que ex oratione exem-
ptis pueris: dicemusq; minus perfecte positam ætatis dignotionem ab eo, qui conscripsit ea quæ
adiecta sunt libro de victus ratione acutorum: Satis. n. sunt ad incidendam venam hi duntaxat sco-
pi. Neq; enim vbi tanta crudorum humorum copia accumulata est, vt secandam venam prohibeat,
ratio redarguitur: nam istis virium robur non adest. Estq; hoc indicium eos haud posse sanguinis
missionem perferre, quando vnā cum dolore corporis totius, qui exciderit ab indicando sangui-
nem abundare, pulsus adest in vehementia & magnitudine inæqualis, exuperantibus per ipsius
inæqualitatem, imbecillibus & paruis. Definitis itaque tribus mittendi sanguinis scopis, nempe
morbi magnitudine aut præfente, aut imminente, aut incipiente: ætate florente: virium robore,
extra puerorum ætatem: ad alia antedicta mittendi sanguinis indicia, quæ non pauci medici adij-
cienda censuerunt, nunc accedamus. Coindicant autem hæc detractionis quantitatem, non ipsam
sanguinis detractionem. Itaque ex morbo, ætate, & viribus, minuendus esse sanguis cognoscitur:
At vacationis quantitas non ex istis modo, sed ex alijs deprehenditur. Ea sunt, plethorica vocata
syndrome: aeris nos ambientis temperies, in tempus & locum diuisa: eaq; quæ in antea cta accide-
runt vita circa comestorum tum quantitatem, tum qualitatem: excretionesq; ac motiones, aut factas,
aut non factas. Sed quæ nam sit in his diuersitas, paulo post viderimus.

De Ratione Vacuandi eos, qui Cum plenitudinis indicijs Sanus obeunt Actiones. CAP. 10.

In præfenti autem de virtusque plenitudinis notis contemplabimur, an vbi ea in homine solita
negotia obeunte apparuerint, mittendus illi omnino sanguis sit: an id necessarium non sit, vbi
nulla magni affuerit morbi expectatio. Porro quid hac de re sentiam, neminem vestrum ambi-
gere

*† Aliqui ver-
tūt. Si vero ex-
crementa qua-
litate praua
fuerint, purga-
tionem adhibe-
mus.*

*de vict. rōne i
mor. acu. cō. 2.
t. 19. 7. 136. c.*

gere arbitror, vt qui saepe affueritis sanguinis missionem suadenti, tum podagricis, tum arthriti-
cis, tum epilepticis, ad haec melancholicis, qui que sanguinem antea expuissent, aut in thorace stru-
cturam fortiti essent ad id malum idoneam, preterea vertiginosis, qui que assidue corripit solent an-
gina, peripneumonia, pleuritidibus, hepatidibus, ophthalmijs vehementibus, aut, vt in summa di-
cam, magno quopiam morbo. Nam in illiusmodi omnibus necessarium esse remedium minutio-
nem sanguinis arbitror confestim adhibitam post habitam virium atq; aetatis rōnem. Hac enim si
forte aliquando non dicantur, subintelligere oportet. At qui nihil eiusmodi vnquā antea perpeffi
fuerint, omnium que corporis partium inculpatam fortiti constructionem, geminam me vacuatio-
nis viam proponere nostis, per venae sectionem quidem, si in victu sint intemperantes: citra hanc,
si temperantes. Licet. n. frictionibus multis, balneis que, & ambulationibus, alijsq; motionibus, ad
haec vnctionibus digerentibus, celeriter plenitudinem exhaurire, si vtique videbitur non esse crassi
sanguinis abundantia. Talis est vt plurimum maxime melancholica, raro verò crudorum quos vo-
cant humorum. Caeterum in redundantia humoris melancholici sanguinem mittere praestat, aut
certe omnino medicamento vti atrā bilem expurgante. **At vbi crudi succi** exuperant, ante quam
morbus inuaferit, caute vacuabis: sed vbi iam febris corripuerit, vt ante monui, nequaquam. Ha-
bebis verò eorum indicium tum colorem veluti plumbeum, aut ex pallido album, omniaq; potius
q; rubrum, tum pulsum inaequalitatem. Si verò etiam admodum creuerit talis plenitudo, tum &
corporis illis grauitas inest, atq; ad motus pigritia, tum mentis tarditas, & sensus hebetudo. **Contra**
verò si quibus ex compressis haemorrhoidibus cumulat in corpore sanguis extiterit, audacter ve-
nam incidet, etiam si antea grauem experti morbum non fuerint. Fieri enim potest, vt apti quidem
ad eiusmodi aliquem fuerint, caeterum ob inanitionem quae ex haemorrhoidibus fit, non dum per-
peffi. Porro si quae illis partes fortitae structuram appareant, ac potissimum in thorace, om-
nino eis ocyssime sanguinem detrahes.

*De Ratione Euacuandarum Mulierum, quibus Menstrua suppressa sunt, ac quod Sanguinis
missio Renellendi gratia inanis etiam corporibus adhibetur. CAP. 11.*

Idem me sentire nouistis & de mulieribus, quibus menstrua restitit purgatio. Neque enim profe-
cto proroganda in his euacuatio est, non tamen necesse est illis venam scindere: quippe cum mal-
leolorum scarificationes superfluitati quandoq; euacuandae satis esse queant: & quae & alioqui hoc
et habent, q; mēsum vacuationem ciere possunt, sicut etiam in malleolis ac poplitibus incisae venae.
Nam plenitudines à suppressis mensibus ortas, omnino per crura euacuabis, siue venam secare
oporteat, siue scarificare. Sectae enim in cubito venae mulierum reuellere purgationem assolent.
Porro quae ex mulieribus albidiores sunt, sanguinem aceruere tenuem solent: quocirca adhibitis
malleolorum scarificationibus maxime iuuantur. At quae nigriores sunt, secta vena curato: cras-
siorem enim sanguinem, ac magis melancholicum colligunt, magis verò etiam si magnas habe-
re venas appareant, quod illis accidit quae graciliores sunt ac nigriores. Carnolis verò & candidis
paruae in sunt venae, quibus malleolos scarificare, q; venam secare praestiterit, quippe cum hae par-
uas in cruribus venas habeant: itaque etiam si probe secentur, quod iustum tamen sit, non profluat.
Caeterum non contemnenda venae sectio est, tanquam non sit auxilium reuulsorium cum me sa-
penumero conspexeritis in valida sanguinis enaribus eruptione eo vsu repente fluxionem se-
dasse. Expediit autem, vt vidistis, non eo vsque sanguinem educere, dū ad extremum vires ducan-
tur, sed quoad quod symmetrum moderatum que sit, eductum videatur, prorumpētisq; sanguinis
impetus non dum flaccescat, sed validus permaneat: secare in cubito venam, si ex dextra nare pro-
rumpat sanguis, in brachio dextro: si ex altera, in sinistro. Simul autem cum hoc agis, artubus vin-
cula inijcito aut ex lana, aut ex canabe: tum hypochondrio directe supposito cucurbitam admitti-
to. Nam haec nos faciendo, vt scitis, semper erumpentem ex naribus sanguinem compescimus,
cum antea experiundo quae scribunt in nares inserenda medicamenta, atque in frontem illinenda, H
infirmia omnia compererim. Itaque ad ea quae supra de sanguinis missione dicta sunt, & hoc quo-
que Menodoti opinionem conuincit, qui putarit plethoricam vocatam syndromē remedijs nos ad-
monere. Nam quae dicta est affectio, plethoricae planē contraria est. **Adhibemus autem ad eam san-
guinis missionem, non vt euacuatorium, sed vt reuulsorium remedium.**

*Quando Melius succedat Partita Sanguinis Detractio: quando Semel confestim, vel ad
Animi deliquium vsque vacuandum. CAP. 12.*

Nihil atque attem medicam in agendo coniecturalem efficit, vt cuiusque remedij quantitas
Etenim cum frequenter comperimus habeamus tempus instare exhibendi aut cibi, aut po-
tus, eius que aut calidi, aut frigidi: quantum tamen dandum sit, certo haud nouimus. Idē vsu venit
in purgantibus medicinis. **Nam quod laboranti praebendum sit medicamen, aut bilem tum fla-
uam tum atram, aut pituitam, aut serolum excrementum euacuans, exacte nouimus: caeterum
quantum praebere debeat, nescimus.** Atqui talis exhibitio corrigi postea nequit. Nā quod semel
in ventrem deuoratum est medicamentum, quo minus omne deuoratum sit, fieri nō potest: neque
possibile est, vbi plus quam conueniat, iam purgetur homo, partem oblatis auferre. At in sangui-
nis missione summum id bonum est, euacuationem dū voles posse sistere, ac rursum quo videatur
tempore

*Al. in 71
5. d. uel a. G. e. d.
os. i. non sci-
mus firmiter*

A tempore fluere sinere, quoad usque recte habere appareat. Quapropter praestat, nisi quid vigeat,
priori missione minus detrahere, iterumq; eam reperere, immo si lubet, & tertio. Vbi ergo multa
euacuatione est opus, verum vires sunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit, vt nimi-
rum & me fecisse vidistis in ijs, quibus crudiorum inerat humorum copia. Nam pauculo sanguine
detraçtio, protinus melicratum exhibeo probe coctum cum inciditum medicamentum quopiam,
velut hysopo, origano, & interim et nepita, aut pulegio, aut certe cū melicrato oxymel, aut oxy-
glycy: ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipso eodem nō nunq; die: interdum die postero, in quo
rursum exhibitio propolitorum medicamentorum quopiam, iterum de sanguine quid aufero: ac
rursum tertio die similiter bis. **Caeterum vbi feruescens inest sanguinis plenitudo, acutissimam**
accendens febrem, subito ac simul euacuare expedit: eamq; inanire tentandum, vel ad animi deli-
quium vsq; virium modo inspectio robore. Itaq; memini quibusdam sex detraçtas protinus coty-
las aut poltridie, aut tertio quarto ue: quibusdam primo etiam die, cum febris principio noctis coe-
pisset, aut medio, ac quae pridie comederant, probe fuissent concocta. Non nullis autem pridie inae-
qualitatem, aut furdrem, aut dolorem capitis alterius ue alterius partis se sentire, querentibus, ac
proinde parce elitantibus, vbi febris praecedente inualisset nocte, primo etiam die me sanguinem
B detraçisse memini. **Nam in quibus tibi sanguinis feruentis copia apparet, quam ocyssime cum va-**
cuare conator, priusq; in principem aliquam partem ingruat. Quamobrem nec per noctem san-
guinem aliquando mittere verearis. Siquidem ridiculum est, quod quidam faciant, a secunda diei
hora ad quintam aut sextam solum modo sanguinem mittentes, haud alio quouis tempore: quos si
non clysteres, cibum, aliaq; exhibere remedia quocunq; tempore noctis vidissem, grauius pfecto
in illos inueherer. Quoniam verò omnia agunt haud praefinito vno horarum numero omnibus
morbis communi, sed vt affectus moneat, in sola autem missione sanguinis dictum modo tempus
semper obseruant, tolerabilis est illorum error. Sic itaq; affectis agrotis, vt diximus, expedit & ad
vsque animi defectum sanguinem educere. **Nouit enim ex ijs quosdam necessario ex animi deliquio**
refrigeratos, ac toto corpore affluentibus madoribus, & aluo rupta, celerrime morbo liberatos. Vt
le est autem pulsum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos sanguine etiamnum fluen-
te, sicut in alijs omnibus dum sanguis mittitur, facere consueui, ne videlicet nobis nec copinantibus,
pro animi deliquio mors occupet: quod sane tribus euenisse medicis noui. Venam secabat eorum
vnus mulieri febricitanti, aliorum vterque viro, sed ad tantum animi duxere deliquium, vt vires
recuperari non possent. **Proinde satis est tam copiosis vacuationibus abstineri, nisi magna in eum**
bat necessitas. Quin & reuulsionem, non leue & ipsam auxilium, quodq; saepe secta adhibetur ve-
na, quanto maiorem in numerum particulares auxeris detraçtiones, tanto efficaciorum esseceris.
Haec itaque praeuulsi praestabat.

Quae praecuidenda ante Venae sectionem, vt Tuto Sanguinem mittamus. CAP. 13.

Rursum autem à principio ad propolitam reuerli speculationem, exponamus quae summe
necessaria esse comperit habemus ijs, qui innoxie venae sectionem obire semper volent.
Primum omnium scire conuenit, dum propoliti scopi huius praesidij augentur, maiorem indicare
euacuationem: dum verò exoluuntur, tantum detrahendum de sanguinis missione, quanto illi mi-
nores euaserint. Morbi itaque magnitudo cum virium robore primi erant mittendi sanguinis sco-
pi, ille quidem quae faciendae sunt indicans, hic tanquam illum haud prohibens, id quod contraindi-
care iuniorum medicorum quidam appellant. Non nunquam enim affectio mittendum sanguine
commonet, caeterum virium contra robur prohibet. Quibus ambobus scopis praesentibus, colitar,
vt ante diximus, nullam esse crudorum humorum tantam talemq; plenitudinem, quae hoc inhibe-
re auxilium possit. Deinde considerandum quae sit naturalis hominis temperies. Nam quibus am-
D pla sunt venae, quiq; modice graciles sunt, nec candidi, neque tenera carne praediti, copiosius eua-
cuabis: contrarios autem parcius, quippe qui exiguum habeant sanguinis, carnemq; facile transpi-
rabilem. **Hac ratione nec pueris venam tundes vsq; ad quartum decimum aetatis annum: post quē**
si multus congestus sanguis appareat, tempusq; anni vernum fuerit, regioq; natura temperata, &
pueri natura bene sanguinea, sanguinem minues: multo que magis si aut peripneumoniae, aut an-
ginae, aut pleuritidis, aut alterius cuti grauis que morbi, periculum incumbat. Detrahes autem
primum, vt summum, ad cotylam vsque. Quod si postea perpendiculari vires, permanere validae vi-
deantur, dimidium eius adicies, reiterata missione. Didicisti autem vehementi pulsu cum aequa-
bilitate, tanquam minime fallaci virium robustarum ligno, hūdem semper habendam esse, ex abun-
danti autem & magno. Itaque & septuagenarijs, modo dicti ad sint pulsus, si affectus iubeat, venam
secabis. Sunt enim quidam & in hac aetate multi sanguinis, vires que habent robustas: sicut alij
siccis, & pauci sanguinis, & facile arescentes quauis percussa parte. Itaque non numero annorum
solummodo animum aduertes, quod quidam faciunt, sed & corporis habitū. Nam sunt qui sexa-
gesimo aetatis anno venae sectionem non ferant, cum quidam qui septuaginta nati sunt annos, per-
ferant. Veruntamen minus his vtique detrahes, etiam si eandem habere affectionem, quam flo-
rens corpus, appareant.

*Al. grauita-
tem, & ita et
legit oriba-
sum.*

*Al. nigrescen-
tes, & ita Ori-
balius.*

Quibus Indicijis vacuandi Sanguinis Mensuram discernamus.

CAP. 14. B

Optimum autem fuerit, priusquam aperiatur vena, haec omnia considerare, & maxime haemorrhoidibus suppressis, aut muliebri purgatione. Vbi vero incisa vena sanguis effluit, mutationi eius & maxime cum adest iam phlegmone, labascenti que fluxionis robori, potissimum autem pulsum mutationi tanquam indicio haudquaquam mendaci, animus diligenter attendendus est: continuo quod quiescendum pulsus alterascens aut in magnitudine, aut in quavis inaequalitate. Nam de mutatione in imbecillitatem, quid atinet dicere? didicisti enim in hac qualitate certam fieri discretionem firmarum, infirmarum que virium. In quibus autem iuxta sectam venam phlegmone est ingens, optimum est sanguinis & in colore & in consistentia mutationem expectare, sicut indicavit Hippocrates in libro de acutorum victu, quando de pleuritide verba facit: alius enim est qui in phlegmone est sanguis, ab eo qui secundum naturam, ut pote plus excoctus. Nam si antea crudior erat, rubrior modo & flavior efficitur: si eiusmodi prius fuerat: ad atredinem vergit adustione. Proinde Hippocrates de pleuriticis hunc in modum scripsit: Secunda vero in cubito vena interna: nec verearis multum detrahere, donec rubrior flavior quod multo fluat, aut pro puro & rubro liquidus, vtrunque enim evenit: Si quidem signum constituit assumpti alicuius in sectam venam ex phlegmone sanguinis, mutationem in eo apparere. Non tamen omni ex parte haec expectanda est: sed est quando antequam fiat mutatio, cessare conveniat, id quod duplici nomine, ob infirmas videlicet vires, aut phlegmones malignitatem: interdum enim nihil ab ea emittitur, sed inibi fortiter constructus est. Si tamen vires exolui euacuatione non dum videantur (id quod ex pulsu scies, & si cui sanguis mittitur, aestate sit florenti) expectanda est mutatio, potissimum si ambiens sit temperatus, Duo enim haec sunt, ob quae maxime coniecturalis efficitur euacuationis in hoc auxilio quantitas, laborantis natura qualis sit, quam vique ad amissum novisse non liceat: & ambientis temperies qualis sit a misso sanguine futura. Nam cum febrilis calor multum sanguinis digerit, atque abstiner laborans viget, necessario brevi illum nutrimentum ex sanguine destituit, interimque virtus exoluitur, Absumitur autem ob laborantis quidem temperiem si calida humida que sit, cuiusmodi est puerorum: ob ambientem vero si regio sit calida, & tempus aestivum. Proinde minus detrahimus, quam plenitudo commonet, quod ad aetates quidem atinet, in pueris: quod ad corporis habitus, in candidis, & quibus mollis tenera quae est caro, quales Galli sunt: quod ad tempus, sub Canesimiliter etiam in regionibus & constitutionibus. Alia vero ratione, ut & ante propositum est, in contrariis, hoc est in frigidis tum temporibus, tum locis, largam euacuationem fugimus, propter insequentem nimirum refrigerationem. Quapropter vnum definire in quoque dictionum vacuationis modum scripto non licet. Memini enim quibusdam ad sex versus libras sanguinem detractum fuisse, ita ut febris protinus extingueretur, nec vlla sequeretur virium afflictio: quibusdam vero sesquilibrium haud citra leue saltem virium detrimentum: quibus liquis duas vacuasset, extreme lassisset, Quapropter vtiliter quibusdam vnam quoque detraxi aliquando, immo vero non nunquam haec quoque minus, id quae ex vena aut cubiti, aut poplitis, aut tali. Nam ex venis quae ad magnos oculos angulos conspiciuntur, aut sub lingua, quod certe mentione dignum sit, effluere non solet: sicut nec liquis summa in manu aut pede venam secet, quemadmodum putant, qui lienem curari ajuunt a venae quae ad secundum paruum digitorum sita est, sectione, de qua Iulius deinceps differet.

Quod Natura Euacuatione de Directo soleat Affectus omnes persanare.

CAP. 15.

Vacunque igitur de hoc scemmate siue speculatione, a medicis dicta sunt, ea si scribere aggrediar, opus erit libro ijs lingillatim dicato, eo quod ingenti. Caterum quemadmodum in alijs, quae haecenus definita sunt, effeci, ut si. & mentem meam vobis exponerem, qui eam a rebus ipsis probari vidistis, idem nunc quoque faciam, sumpto initio ab ijs quae quotidie in laborantibus videntur: quae quidem Hippocrates diligenter observata, memoriae prodidit. Est vero eorum vnum primum quod caput, hoc scilicet: Quibuscumque nat' 12. eruptio sanguinis accidit, summum id com modum laborantibus affert: hoc autem nat' 12. quod in rectum intelligatur, omnibus confessum est, cum clarissime saepenumero hac voce nat' 12. in hoc utamur significato. Quibus vero contra evenit nihil iuvat, aut etiam interdum nocet, quod vires scilicet citra morbi leuamen deiciat atque exoluat. Non enim in liene turgente ex dextra nare erumpens sanguis, nec in iecore ex sinistra, vllam fert vtilitatem: sed reuulio quibus in directum adhibetur, euidentem vtilitatem celeriter ostendit: quibus contra, haud etiam. Dextra igitur nare sanguis erumpens, ad dextrum hypochondrium fixa cucurbitula, clare celeriter quod consistit: sicut ad sinistrum, ex sinistra erumpens. Porro reuulsionis causa, si venam feces, in directe quidem oppositis sanguinis eruptionibus, citissime conspicuam videbis vtilitatem: at si contra feces, nihil profuerit.

Vena Sectione de Directo patientis Partis fieri oportere: Ac de Venis quae in Cubito secantur.

CAP. 16.

Si affectio liene haud aequae adiuerit circa anularem digitorum sinistrae manus incisa vena, atque si internam cubiti secueris: multum enim iuvat afflictum lienem sanguinis ex sinistro brachio detractio. Praestat autem non semel quantum conveniat extraxisse, sed in duos dies id partiri satius est. Inuenire tamen nequeo, quam ob rem medici lienosis sanguinem detrahere neglexerint: siquidem

Asiquidem ego ingentem perpetuo vtilitatem prouenire conspexi, si vel libra dumtaxat vna detracta foret. Vacuationis tamen mensura ex dictis scopis conijcienda est. Quin & pleuriticis, quae e directo laborantis lateris adhibita fuit sanguinis missio, clarissimam saepe vtilitatem attulit: quae vero ex brachio opposito, aut omnino obscuram, aut certe post temporis intervallum. Ad haec, oculo- rum persaepe dolores grauissimos e directo venae, quam humeralem nominant, sectio intra hora vnius spatium compescuit. Conari autem in omnibus affectibus praestat, post modicam sanguinis missionem iterato mittere: interim eodem die, si ita expedire videatur: interim postridie: nisi quando, ut ante dictum est, ad animi deliquitum euacuationem ducere conueniat. Itaque dolentibus oculis humeralis vocata vena, quae ex ea deriuata est, in cubito incisa, luculentum celeriter com- modum afferunt: Affecto vero latere, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, aut ventriculo, ea quae per alas ad cubiti iuncturam pertingit. Hoc autem casu maxime interior se- canda venit: quod si non, certe ea quae ab ipsa diducta in iunctura apparet flexura. Nouissis sane paulo ante ab humerali vena praedictam diduci, ipsam connectentem. Nam hi tres sunt loci mit- tendi ex cubito sanguinis, interior, exterior, medius. Igitur interior vtilis est in ijs, quibus inferio- res collo partes patiuntur: Exterior vero in ijs, quibus quae his superiores sunt, ut facies, aut caput. B Medius locus interdum vtraque habet diductas venas in ulteriorem brachij partem tendentes, ac deinde hic coeuntes: interim vero celeriter in vnum mutuo congregientes, in ipso videlicet iunctu- ra flexu: ac non nunquam obscuram earum alteram, claram vero alteram. Itaque vbi vena quae parti affectae propria est, obscurior fuerit, & ad mediarum aliquam accedas, conare, quae a propria diducitur, potius incidere. Est vero vbi & quae inferiores sunt cubiti iunctura, eas quae in vna exi- stunt scilicet, nihil secare prohibeat: vbi nimirum quae in cubito sunt, non appareant, sed eas certe quae in rectum sunt affectis. Porro tam perspicuum saepe celere que remedium, quae e directo af- fectis partibus venae secantur afferunt, ut & qui patiuntur, & familiares ipsorum, saepenumero obstupefiant.

Historia Occonomi Romani diuitis, Qui fuit ab Oculorum inflammatione, ac cecitatis peri- culo, per Sanguinis missionem e Directo liberatus.

CAP. 17.

Itaque ego olim rogatus sum a diuite quopiam in suburbijis Romanae urbis, ut rerum suarum Occonomum inuiserem, cui caecitatis imminere periculum, nam ita ille dicebat: certe magno dolore vexabatur, idque diebus iam viginti. Diuitis autem illius familiae praefectus erat medicus se- cundae Erasistratae, anxie semper venae sectionem recusans. Vbi ergo laborante inspecto, iuuenem cum multo sanguinis cognouisset: ac oculos quidem non dum vlceratos habere, ceterum phleg- monem maximam fluxionemque, tum in ambabus palpebris densitatem, atque in altera quaedam etiam asperitates: a quibus oborta caligine agrotus magis magisque dolebat, ac phlegmone fluxioque acerbabantur: his in qua conspectis, cognitaque omni ratione curationis, qua medicus ille vltus fue- rat: me quidem assidue in suburbium venire posse negabam, ceterum ex vltis esse ut triduum ut mi- nimum hominem paruis temporum intervallis inspicerem. Permite igitur illum inquam nihil, si uideretur, tres hodie dies. Immo uero, inquam, ut facias obsecro, gratiamque habeo: quin iam homine tecum ad aedes tuas in urbem abduc. Venit autem circiter horam quintam: ac prima protinus de- tractione tres sanguinis libras exhausti, deinde hora nona aliam. A quibus mirifice relictus, inun- ctus est postero die mollium collyriorum quopiam, cui admistum erat quod vinum habet, sicuti in eiusmodi facere consueuimus, illitu sub palpebris facto, specilli cuspide in summo medicamento im- positum ferente. Id primum quidem mane faciebam, deinde ad horam tertiam, postea ad nonam. Post quas inunctiones sub occasum Solis in balneum ductus est. Postero deinde die, palpebris ex- tra veris bis inunctus est, maiore copia collyrij illius quod vinum recipit, molli illi collyrio admi- D ita: dein ad vesperam lotus est. Postridie vero mane obuius diuiti illi egressus, eo loci vbi ex vehi- culis descendere solent, salutauit illum oculis apertis, phlegmoneque ac fluxione plane liberis, qui ante biduum illos ne aperire quidem praefluxione atque dolore potuerat. Itaque res incantationi similis visa est, adeo ut & ipse ille curationis celeritatem admiratus, exclamaret, vnaque qui cum eo erant omnes in clamorem prorumperent: cum nos interim haud magnum quispian fecissemus, nisi tantum ex medici illius comparatione, qui summum malum attulerat venae sectionis meum. Porro ex palpebris restabant extergendae laboranti tum densitates illae, tum asperitates, ceterum id fieri non poterat citra medicamentum mordax. Atqui ferre illud neuiquam potuisset, nisi prius vacuatus foret: dictum enim saepe a nobis demonstratum que est, Acria omnia medicamenta parti cuius admota, nisi vacuum corpus omne fuerit, atque ad amissum excrementi expers, fluxionem attrahere, phlegmonem que efficere. Percontatus itaque tunc diues, quae nam ea fuisset incantatio, reque omni intellecta, exinde Erasistratae illum medicum αμοφορον, quali dicas sanguisugum, nominabat. Hec itaque narratio vtriusque indicationem continet, tum quod in affectionibus eius- modi vnam secare oporteat, quod in praesenti oratione propositum nobis haud erat: tum quod e directo laborantium partium: praeterea humerales venas secandas, vbi superiores peiore partes laborant.

Observatio Cecitatis.

Amo 1680. a. cubiti.

de vict. Acu. co. 2. r. 10. 7. 117. b

Orbis sum legi duo vob... in cubito...

* πρὸς τὸν...

* in grauis codi...

Quae vena Quibus affectibus secunda: Ac de ratione Evocandorum menstruorum. CAP. 18. E

Porro quemadmodum praedicta oēs partes in cubito secunda vena iuuatur, ut dictum est: sic quae his inferiores sunt, illis quae per poplites & malleolos decurrunt. Sunt autem dictis inferiores coxendix, vterus, vesica. **A**t **renes** cui parti adscribi debeant, ambigunt: si quidem inferiores sunt ijs, quas prius recensuimus: superiores vero quae ex cubito secundo loco. Itaque missio ex cubito sanguini interdum aufcultant, ubi videlicet recens fuerit phlegmone, copiaque sanguinis affuerit: Quibus vero affectio inest, quam proprie nephritin nominant, eam quae in poplite est secare expedit, aut certe quae in malleolis sunt. Porro vteri inflammationes magis etiam quam renum, a venis in crure secatis iuuantur. **N**am quae ex cubito sunt euacuationes, aliud etiam habent adiunctum malum, nempe quod purgationes menstruas comprimant, sanguinem ad superiores corporis partes retrahendo: Quae vero fiunt ex cruribus, tantum abest ut retrahant, ut etiam menses **promoueat**: Ac ubi id facere volueris, tempus consueti mulieri circuitus tribus quatuorve diebus anteuertens, aut vena incisa, aut scarificatis malleolis cruris vnus, pariculum euacuato: deinde postero die similiter facito in crure altero: ut tñ etiam illis diebus in quibus vacuas, & ante eos quatuor aut quinque, extenuantem victum procures. Conscriptus est autem a nobis seorsum liber de victu extenuante. **S**ed mulieribus sine huiusmodi victus ratione menses abunde prouocant & nepita, & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, sed antea contusa, arida, cribroque subtili discretata, ac rursum trita vsque dum polinam tenuitate referant: ita denique melicrato insperge. Porro conuenientissimum potui tempus est a balneo, inuolutis adhuc **linterio**. Atque haec quidem medicamenta mitia sunt. Valentiora sunt, saui-na, & dictamnium, ceterum vltus ante dictis similis. Datur autem & hoc tempore medicamentum, quod proprie **Amarum** appellatur, centum habens drachmas aloes mistis aliorum medicaminum cuiusque sex. Optimum est, ubi cinnamomum acceperit. Sed haec obiter sunt dicta, quanquam non a re ipsa aliena, quandoquidem sanguinis ex vtero fluxui auxiliatur, cum euacuatione ex cruribus, quae fiat aut malleolis scarificatis, aut incisa in talo aut poplite vena. **M**emini me ischiadas siue coxendices, vno die facta ex crure euacuatione curasse, nimirum ubi non ex frigore, sed impletis sanguine, quae in coxa sunt, venis, prouenissent. Quare secata in poplite vena commodior ita affectis est, quam in malleolo: scarificatio autem nihil perspicuo illis **prodest**.

De Ratione Vacuandi per Sectionem venarum In inijs ac sinibus fluxionum: Ac eo quoque tempore cum Praeseruare ab Imminentibus morbis voluerimus. CAP. 19.

Porro, ut summam dicam, incipientes phlegmonas reuulsu euacuare oportet: quae vero in **G**terata iam sunt, ex ipsis, si fieri potest, affectis partibus: quod si nequeat, saltem ex vicinis. Et enim in incipientibus, auertere quod influit expedit: in inueteratis autem, ipsum tantum quod affectae parti infixum est, euacuare. Euacuabitur porro id optime per venas coniunctas cum ijs quae in partibus ipsis sunt sitae. Huic rationi experientia quoque subscribit. Quocirca quae in gutture & arteria, graui torquentur inflammatione, in principio quidem secata in cubito vena, post principium autem sub ipsa lingua, magnifice **prodest**, incilis videlicet venis quae sub ea sunt ambabus. Sic indurata phlegmonarum in oculis reliqua, secata quae ad magnum decurrit angulum vena, mirifice iuuantur: sicut capitis grauitates, & inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeste solet tusa in fronte vena: At incipientes, aut etiam vigentes, per cucurbitam in ceruice procurata **retractio**, interim quidem solam, interim cum scarificatione. Ceterum puacuatum esse corpus uniuersum oportet. Eadem ratione incipientes in occipitio dolores, aut etiam vigentes, incisa frontis vena iuuat. Quippe reuulsiones cum euacuatione adhiberi magis debent in fluxionibus incipientibus: quae vero fiunt ex ipsis partibus affectis, aut illis vicinis, in phlegmonis quae velut scirrhii naturam referunt. **I**n quibus autem corporibus nulla dum particula affecta est, ceterum vacuationem vere incite anteuertimus, in ijs si quidem talis sit homo qui quotannis aestiuo tempore febrilibus morbis **H**obnoxius esse assolet, atque eorum suppeditationem euacuare studemus, aequae pars quae in sanguinis detractionem accommodata est: sicut sane est si arthriticus sit, omnibus articulis laborans. Quibus autem eximie pars quae iam, ubi prius euacuata non fuerit, infestae, haud aequae liceat ex quauis parte euacuationem molliri, verum sicut in ijs qui pati iam occipiunt. Quamobrem podagricos ex cubito euacuato: comitialibus vero morbis vertiginibusque obnoxios, potius ex cruribus. Ceterum si retet haemorrhoides mittendi sanguinis occasio sit, si quidem cohibere eas voles, quae in brachio sunt: sin prouocare, quae in cruribus sunt, venas secare conuenit: At in ijs quibus repressi sunt menses, **semper** in cruribus. Non enim ut in haemorrhoidibus quidam eiusmodi liberari euacuatione volunt, quidam habere etiam gaudent, ita quoque se res habet in mensium purgatione. Quippe cum haemorrhoidum euacuationem vereamur, ne in tantam euadat immoderationem, ut hominem vel protinus interimat, vel hydropicum, aut cachecticum hoc est habitus mali, reddat: At vteri purgationibus, ut quae in naturam sunt, tale nihil euenit. **A**ccedit tñ aliquando, ut ex vtero per erosionem sanguinis erumpat, in quibus non idem est curationis scopus: si quidem haud effluere, sanguinem volumus **ut ex mensibus, sed plane siltere consilium est**. Communis ergo in his oibus, ijs qui vere ineunte ad sanguinis missionem accedunt, haec ratio est. Si quidem insigniter infirmam partem aliquam habeant,

Abeant, in quam quae colligitur plenitudo decumbat, per reuulsionem euacuare: At si tale nihil sit, qua cuique magis placebit, excepta tamen aut haemorrhoidis, aut mensium retentione, ut paulo ante definiuimus.

Aduersus eos qui Primis tantum Morbi diebus Sanguinem mittebant. CAP. 20.

De hoc sane potestate & supra dictum est: verum tamen satius fuerit & hic quoque omnia percurrere, omnibus quae ante dicta sunt, in vnum collectis, & liqua non distincta sunt, vna discretis. Igitur vniterim hoc sciendum, in sanguinis missione dierum numero primum haud esse attendendum, sicut quidam scripserunt: Ac non nulli, admodum ridicule, post tertiae diei paroxysmum, quando videlicet, ut aiunt, dignotio quadam habetur, qualis sit in forma & moribus atque adeo tota natura sua morbus. Alij extremum terminum mittendi sanguinis definiunt diem quartum: intra quem missionem sanguinem concedunt in paroxysmorum intervallis adhibendam, electo quo libeat die. **A**lij **detrahere** festinant, quibus sanguinis detractionem ex vtu esse statuerint, transfluente etiamnum eo, ac ubi nec dum firmiter in parte aliqua superfluitatem recipiente inhaerit, vnum modo considerantes, num corruptio aliqua cibi in ventre concoquendi sit facta, aut tarda concoctio, aut etiam cibi in eo contineantur. Ergo quod maturandum sit, in quibus vacuatio ex **B** vsu est, nisi prius concoqui aut cibos, aut in primis venis contentos semicoctos succos, oporteat, rectissime praecipunt, habenda quae fides. Verum quoniam quintum saepe diem, aut sextum ab initio expectant, priusquam nos ad curandum accersant, expedit nihilo secius quoque sanguinem detrahere, etiam si huius auxilij primum tempus sit omisum. Quocumque enim die mittendi sanguinis scopos in laborante inueneris, in eo auxilium illud adhibeto, etiam si vel vigesimus ab initio extiterit. At qui nam fuerint hi scopi? **M**orbus ingens, Roburque virium, excepta aetate puerili, & aere nos ambiente valde **calido**. Porro autem quoniam prius exoluitur temporis tractu in ple rilsque morbis virtus, idcirco & mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur: non tanquam primario id dies efficiant, sed re aliqua intercedente, nempe virium dissolutione. Itaque si quando vel secundo a principio die vires exolui videantur, a vena secanda abstinendum.

De Hora in Detractione Sanguinis eligenda. CAP. 21.

Sed enim quod in ipso rursum die in quo sanguinem mittimus, obseruanda sit febris declinatio, clarere satis arbitror: quanquam quibusdam id non satis sit notum, qui mane tantum tunc dēdam esse venam, aut ad summum in horam vsque quintam aut sextam, exultant. Verū si quis memoria tenet quae toto supra libro sunt dicta, nihil tale committet, sanguinem mittens quauis **C** diei noctisque hora, modo respiciat, in febrilibus quidem particularium paroxysmorum declinationem: in quibus autem ob oculorum lippitudinem, aut aliud simile, citra febrē, hoc opus est auxilio, non declinationem omnino, cum oīno febris non adlit, sed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus, in quo secata opus est vena, inspicere conuenit. Cum autem nihil eiusmodi aut virgeat, aut prohibeat, praestat mane venam incidere, haud protinus ex somno excitis, verum circiter horam vnam iam antea vigilantibus. **D**ictum est autem, quod & lauacro uti quibusdam expedit: quod si verum est, & praecunte quoque ambulatione non nullis. Ceterum in quibus vere ineunte venam incidere aggredimur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuspiam affectus, scio me sanguinem mittele quibusdam etiam, posteaquam rerum solitarum quippiam obissent, siue in ludo literario, siue in officinis, siue in foro, siue in adibus. Iterata tamen detractionis tempus, in quibus simpliciter quidem vacuare conamur, eodem die esto: At in quibus reuellere, si vel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Porro intento semper animo in omnibus id genus in laborantis vires esto, manu iugiter arterijs illius admota: sunt enim quidam tam ad patientum apti, ut confertam inanitionem non ferant: quo casu, resecto primo die aegroti, iterare secundo detractionem expedit.

De Affectibus, qui Arterijs in Capite dissectis inuuantur. CAP. 22.

Quod autem arterias antiqui venas appellabant, & a nobis alibi demonstratum est, & ante nos alijs confessum extitit. Ob id ipsum ergo, ac praeterea ob disciplinarum affinitatem, conpendij gratia satius mihi visum est, haud alium conscribere librum de arteria secanda, sed orationi de secanda vena annexere, atque id ipsum in hac parte, in qua consideramus quas venas ob quas partes affectas secare oporteat. Sicut enim alias venas ob alias affectas partes ostendimus secandas, sic quoque & quae in temporibus sunt arterias, & quae post aures, incidere medicis mos est: **I**n temporibus quidem, infestantibus oculos fluxionibus tum calidis, tum spirituosus: Post aures vero, in vertiginosis maxime, & ijs qui diuturnis doloribus capitis calidis ac spirituosus affliguntur. **I**am vero & ob alios quoque affectus in capite consistentes diutinos, sunt qui arteriarum post aures videntur sectione. Non tñ in vlla alia particula patiente eam adhibuerunt, tametsi multae sint, quibus hoc potius auxilio, quam vena sectione, sit opus: Vbi enim calidus spirituosus que infestus est sanguis in arterijs acervatus, illis communibus parti affectae secatis arterijs est opus: verum propter difficilem eruptionis sanguinis compressionem, arterias medici, incidere metuunt: quippe cum, si quis in secanda forte vena arteriam vulnerauit, aegre statim sanguinis eruptionem compefcit: ac ubi res optime cadat ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurisma fiat.

DE CVRAN. RAT. PER SANG. MISS.

De Periculo impendente ijs, quibus Non recte Dissecta sunt Arteria: & Quo pacto Galenus E
 Somny monitu Eas ausus est disseccare. C A P. 23.


Quin & interijisse quosdam noui ab arteria interiori in cubito venæ subiecta, non nullos quidem protinus ob vinculum circumpositum, volentibus medicis sistere sanguinis eruptionem, in gangrenam incidentes: alios postea in aneurismate manu curando defunctos, necesse enim hic est laqueo vasculum constringere. Itaque maiusculas proinde arterias medici refugunt, paruas autem tanquam haud ita multum profuturas: quanquam & ipse quoque non nunquam haud paruum attulisse commodum visæ sunt, cum hoc quod & citra aneurisma cicatrice claudantur. Quin & si maior sit arteria, & ipsa quoque citra aneurisma cicatrice includi potest, tota nimirum dissecta: idque ipsum saepenumero imminens ex sanguinis profluuiio discrimen sustulit: clare enim apparet, cum tota transuerlim per se totam discinditur, reuullis vtrinque partibus ambabus, vnâ sursum, alteram deorsum concedere. Atque id quidem & venis verum moderate vsuuenit, sed arterijs semper plus quam venis. Sanè verò quæ mihi occasio extiterit secunda: arteriæ, nunc iam tibi edisseram. **M**onitus per quadam insomnta, quorum duo peripicuo mihi visæ sunt, accessi ad dextræ manus arteriam, inter indicem & pollicem sitam: sicut quæ fluere, donec sponte sanguis resisteret, nam ita somnium præceperat: effluxit autem non tota libra. Subito itaque diuturnus extinctus dolor est in illa maxime parte fixus, qua secur septo transuerso committitur. Mihi quidem hoc ætate iuueni si euenit. **A**t minister Dei Pergamæ, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomnij monitu. Porro alteri cui ex vulnere in malleolo inflicto dissecta arteria fuerat, sanguinis quidem cursus haud quiescit, donec ego vocatus totam disseccui: ac medicamento ex aloë & manna & ouorum albumine, pilis leporum molliusculis imposito, vsus fui: citra que aneurisma curatum est vulnus, obducta videlicet arteriæ osculo carne. **V**ir autem ille quartum iam annum haud exiguis temporum intervallis coxæ dolore vexatus, exinde profum sanus extitit. Hæc itaque mihi persuaserunt, vt subinde in summis artubus, immo & in capite, arterias secarem in omnibus doloribus, qui à calida spirituosaque substantia nasci videbantur, & maxime in membranis: quartus dolor punctioni similis est, ac sensim expanditur, pungente quidem sensu vna in parte, tanquam in affectu loci centro, infixo: tensionis verò sensum percipiente omni circumcirca ad centrum particula.

Ob. Dolor. Lateralis.

SEXTÆ CLASSIS FINIS.

aaaaa bbbbbb cccccc dddddd

Omnes sunt terniones, præter dddddd duernionem.



VENETIIS APVD IVENTAS.